6 Asi en la esposicion de San Gregorio, los dos precepto de la caridad, el Amor de Dios y el amor del proximo, es la causa porque Jesus embia à sus Discipulos à predicar el Evangelio de dos en dos quia duo sunt praecepta caritatis; Ve ai como assiste Ignacio en todas la partes del Mundo con las Hijos que embia à ellas, pues su amor de Dios y su amor al proximo todo la abraza todo la abrasa todo la enciende, à todo se estiende. Pudieramos decir sin temeridad, Q en el Evangelio embiando Christo à sus Discipulos, yba à dar una Idea de Ignacio y su Compañia. Reduxo la idea à breve mapa, ò estrechò la Mision à una corta Provincia como diseño ò dibuxo, ò como precisa Muestra, para que se viesse despues el exemplar glorioso, à que se avia de agustar Ignacio. Bien como los Principes, que intentan un proiecto grande que se ha de estender à todo su Reyno, hasen primero la preba en una corta porcion de sus Dominios, hase Jesus prueba oi en el Evangelio en sola Samaria, lo que despues su Compª que es la de Ignacio ha de haser, en toda la redondez de la tierra, in Omnem Civitatem et locum quo erat ipse venturus.

7. Cierto que no me lisongeo en las trasmutaciones pueriles que hasen con las letras los Anagramas, y mucho menos fingo misterios en la trasposicion de las letras, como quieren los Cabalistas: pero permitaseme por ahora hacer la Observacion, que me ha ocurrido, y que dice bellamente con mi asumpto: La prime=

6 Y de ella se forman ygualm.te estas dos palabras Ygnatii Dei, Deus Ygnatii. Ygnacio de Dios, y Dios de Ygnacio transposicion de letras, que no es acaso, y que por ella, en el Umbral del Evangelio mismo tropesamos con buen anuncio, en un misterio porque si Dios es de Ygnacio, Ygnacio de Dios:: Si el mismo divino Espiritu, que mueve à Jesus para embiar à sus Discipulos es el que mueve à Ygnacio para embiar sus Hijos Missioneros, si la Comp.a de Jesus es Compañia de Ygnacio, si embiando Jesus à sus Discipulos, los embia el Espiritu de Dios, se sigue q̃ embiando à los suyos Ygnacio los embia tambien el divino Espiritu; y se sigue mas. q̃ Ygnacio, el prudente, el Sabio, el Umilde el perseguido el penitente el mortificado el Seloso el Caritativo el fuerte el magnanimo es el Espiritu de Dios, y veis àqui la grandeza del Asumpto que propon el thema correlaria oidentica, con la grandeza del Santo que seleba el dia pues mi Asumpto sera y su grandeza y la del Santo es q̃ mi gran Pad.e San Ygnacio es el Espiritu de Dios

§ Es inteligencia sentada y corriente en las dela Escriptura Santa, que q.do se dise espiritu de Dios ò Espiritu de Señor en ella, por el mismo caso se entiende ò se dise de el Espiritu Santo. Y quando

Omnium Nationum Puer

Omnium Nationum Laudes

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ad Nascituri Regis cunas

obsequentissimè apponuntur.

Cùm penè nulla sit in Orbe Natio, quæ nunc temporis alteram in arma provocet, vel vicissim ab alia in arma provocetur, [illegible], quæ Nascente exoptata Domini pax terris emata fuit, ad pacificam [illegible] Nationes inter omnes, mutuò inferendas, ineundas, conciliandasque, æterno Natalitio suo præbet omnibus fecundissima, Ill.mi Adm. Rev.di Patres, sapientissimi, Juvenes literarum amantissimi. Ut enim quis qui non sit sapiens, et à veritate toto cœlo aberret, et deviet, negare possit, veritatem ipsam corporatam, humanos quæ artus induta in Bethlemico stabulo, temporarium exortum habuisse? Dubio procul habuit: sed enim cum Parvulus iste, ita nascatur, ut nascatur omnibus, sui in omnibus cupiat exortum, quod à jus sibi vendicat quæque Gens, ut Nascentem sui contemporaneum sibi, popularem, ac concivem, velut dicunt simpatriota, confirmet, ac veneretur. Ille quidem Judice, si aliquando locum habuit adagialis illa paræmia: Omne solum Sapienti Patria esse, nunc maximè habere debebit, et certò habet, cùm ipsa Sapientia Patris Divinum illud Verbum, è quo in Sapientes, quicunque sint, velut è fonte diversarum scientiarum fluenta derivantur, virorum Nascens sese offerat [illegible]: et proinde solum omne, quod [illegible] sit, ubicunque, et undecunque sit in [illegible] sibi solum seligat, et adscribat: hic enim Sapientis est character, scilicet ubique locorum Patriam suam vocare [illegible]. Ergo quà latè patet Orbis, Europæ, Asiæ, Africæ, Americæ, et quæ sub his nominibus Nationes [illegible] continentur, totis viribus [illegible] suis [illegible] esse contendunt: [illegible] et nominatim [illegible].

Dum [illegible] Principe, et Principum Vate [illegible] monumenta [illegible] ... quod è græco [illegible]

Septem Urbes certant de stirpe insignis Homeri

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenae.

Quod si in illo caeco, Poetarum sibi adoptando tot tamque Urbes decertarunt, concertaruntque, ut earum quaeque gloriosiores assequerentur, meliore, majori, superiore equidem causa cur Natio omnis in id non incumbat, et quam maxime conatur ut Deum illum, eumdemque Hominem, qui e Caelo ipso reddidit oculatos, Gentilem suum non amet, exoptet, et vindicet?

Nil frequentius in sacris offendimus Bibliis, et apud illorum Scholiastes quam sub nomine, seu Solis Hierosolymitico radiantis fulgure, et sub aureis eius [illegible] graphice adumbrare; et mea sententia si quod est increatorum mysteriis ipsius non obscuris lineamentis, in paucis ipse Sol exit: sive enim lumen lumine conferatur, calori calor, virtuti virtus, et caetera id genus, quae in Sole primamus, et a Sole mutuamur, tamquam ab omni idonea, et universa quaeque rerum quas videmus origine, statim mens evolabit ad omnia ipsius purius contemplanda, attentius admiranda, certius mutuanda, ab isto Justitiae Sol, cujus in pennis tota orbis Salus celeriter agitatur: etenim benignus ille Deus Solem suum oriri facit super bonos, et malos, super Justos, et injustos; quae ex rationibus, ni fallor eorumque non infirma argumenta quoad nostra dilucidanda construunt, et palliant. Enimvero si haec hujus Solis virtus super omnes, quicumque ii sint, exoritur, si Puer recens natus, non tantum Sol, sed et pennatus dicitur, ut propera sui erga quosque benivolentiae celeritas innuatur: si ejusce conditionis, ac naturae, [illegible] quem quotidie cernimus, ut omnium Nationum popularis esse videatur, ipsum Jesum, qui Sol est [illegible] seu potiori jure sibi proprium addicet. Ita namque [illegible] sive Meridiana sit, seu Borealis, sive sub Occidente [illegible] Sol exoritur, atque cernitur, ut nolo quae quae Soli nascenti Patria possit appellari: nam ut cuique Regionum [illegible] sit, vocant Orizon, linea, inquam, illa, quae oculis confinium terrae, caelique videtur, qua super cujusque Regionis incolis, et accolis Sol primum apparet non immerito, Gens omnis, quaecumque ea sit, hunc Solem sibi, et suis primigenium suffragiis omnibus adjudicare valebit. Quae cum ita sint, et ideo tamen, ut divus Sol omnibus exoriatur, plaga omnis seu Arcton respiciat, seu Meridiem, sive Orientalis, ~~aut~~ seu Occidentalis in suae Gentis album, ac numerum Deum Patrium recensebit, et referet.

Recentiori, et casu, ut ajunt, de quo

nione plagarum Orbis, quæ se e Regione respiciunt, se mutuo in ...
ut re... ipso ... altera in rem nostram accenderetur. Id certe secat-que
quemque, cui sedes in pectio, et cordi sit Verbum Dei quod factum est, et
caro factum est ... novum ... Adam, cujus et ... æternitate, et ...
te ... primo Adam ..., indeque in totum humanum genus mise-
rabili contagione propagata, deleta, obita, ac oblita fuere; quemenimad-
modum in primo Adam abundavit delictum, quo Orbem fermè totum
confecit, quo eumdem afflavit, infecit, et quo periit totus à primigenia
sanctitudine defecit: ità in secundo Adam Deo-Homine superabunda-
vit et gratia, quæ totum ipsum [illegible] deficientem Orbem, viribusque defectum
mirabili quadam Metamorphosi refecit, quæ vegetum effecit eumdem,
cui supernas ipse vires sufficit, ut in pristinum posset his adjumen-
tis statum revocari. Adam igitur idem hocce nomine sonat ac terrige-
na, id est, è terra ortus, et genitus, idque nominis suo natalitio præ-
sertim, maxime sibi adaptat, adoptat æternus Dei Filius, qui in terra,
qui è terra, terra, inquam, Virginea progignitur, et enascitur. At verò
recta emunctæ naris amussi lepidè hocce nominis Adam, quod convenit Chri-
sto indagate mysterium, medullitus exenterate, enucleatius evisceratur,
minor. Augustinus ingeniorum, et Doctorum aper observat in nomi-
ne Adam quid occultius ea litterarum quadrigam denotare; scilicet eo,
quo pollet acumine existimat, quamque litteram è his quatuor Adam
totidem Græcis vocibus respondere, ex quarum initiali littera nomen
Adam iterum resultet: easque voces Græcanicas quatuor Orbis, quantus
ipse est, plagas designat: scilicet Anathole, id est, Oriens, Dysis, id est
occidens, Arctos, id est, Septentrio, Mesembria, id est, Meridies: quo-
rum primam litteram his quatuor verbis Atticis subtrahas, et in unum
contrahas, hoc nomen ADAM dubio procul efficies: eo forte myste-
rio, et acumine, ut in ipso nomine Adam, quod Christo Nascenti con-
venit perquam optime, ipsum ne Jesum [illegible] omnes Nationes, per
quatuor Orbis plagas populatorem sibi, non tam exprimere, quàm habere,
cuique qui in meridie non cæcutiat videatur.

Etenim ipse, qui tamquam novus, et secundus Adam, è ter-
ra nostra nunc creditur genitus, et cernitur natus, ità à sacris Scrip-
turarum Oraculis de terra ortus dicitur, ut ipsum, quod intendo, etiam
[illegible] scopum collineo, satis superque consitabiliatur, demonstraturque.

Equidem ea Sacra Bibliorum cortina, ex qua quae plusquam Delphica
hanc cecinit sortem pro Nativitate Dominica: Veritas de terra orta est.
E terra, inquam, sed è qua terra? Id potius Deus Psaltes mystico voluit
tegere velamine, quàm verbo aliquo adjecto retegere. Scilicet, si hanc
prae aliis terram designaret, caeteras videretur excludere, nec illius ortus
juris faceret compartecipes: dum enim Veritas è terra oritur, et Gens,
et Populus quisque suâ Civitate Veritatem, id est Christum, poterit jure
suo donare, atque in ipsius Civem adscribere: Ut qui nascitur [illegible]
et è terra Veritas exoritur omnium Nationum esse existimetur.

Credo equidem, Sapientissimi PP., vos ipsos neutiquam
fugere, id moris apud Nautas, vel Navarcos invaluisse in Navibus a
gendis, sive mercaturis sint, sive ad bellum inferendum, seu repellendum paratae
ut prout occasio poposcerit, sive ipsorum utilitas, aut necessitas, signa
frequentissimè mutent, et varient, ità ut quae Navis Gallica est, modò sig
num explicet, ac ostentet Hispanicum, alias Britannicum, aliàs, modò Scoticum
seu Hibernicum, et quae unius Gentis navis erat, multarum aliquis spati
is temporis interjectis eorumdem signorum causa, et ab istis versicoloribus
armis, ut ajebat Poeta, requirerit. Hoc, inquam, quod multoties malo dolo,
ut exerceant Pyratica, ~~Sectores triremium~~ multoties bono dolo, ut eam
praecaveant Navium Rectores, moris est, quod efficiant; Navis illa institor
is de longè portans panem suum, ut in Bethlemicum portum, qui Domus
est Panis, appellat, id ipsum agere videtur, quae ignota est, Jesu Puero, signo, inquam, cui omen
dicatur, non dolo, non fraude, sed bono omine, non ut homines mancipet,
sed ut mancipia redimat, manuque mittat. Credite mihi, Hispani,
credite, Galli, et quaecumque Nationes totum Orbem incolitis, mihi cre
dite, id signum, quod Navis institoris pendens è malo exponit, et expli
cat, id panis, quem portat, is Puer, quem nostras mittet sub auras, ves
trum vestrum est Signum, vestrum vestrum est Panis, vestrum vestrum
est Puer, [illegible] appellate Hispanum, Gallum dicite, [illegible]
e, alteriusve Nationis popularem praedicate; eas omnes, ut Patrias, et
tamquam Natale Solum, ipse Puer appellabit, et dicet, nominabit [illegible]
neus, et libentissimè praedicabit.

Olim Elyssa, aut Dido illa Virago Carthaginiensium
Auctrix, et Regina dum invitabat Aeneadas, ut sub regiis [illegible]
[illegible], quasi praejudicium tulit cum [illegible]

conditionibus in [illegible] suo [illegible] exordiente [illegible], ac dominem [illegible], [illegible] beneficia in utroque, [illegible] confirmat, qui perfi[illegible]; quod [illegible] Tradidit [illegible] legibus.

Nos, [illegible] nullo discrimine [illegible]. [illegible] Sidonia Dido, quae [illegible] erat oriunda, [illegible] a [illegible] Tyrios non discriminat, neque ab [illegible] discriminat, atque nescio qua consequutione se ipsam, cum [illegible] sit, [illegible] et [illegible]; Hinc cum [illegible] idem sit omnibus, idem in omnes, ut [illegible] cumulet, ut bona impertiatur, atque, ut diximus, [illegible] bonos, et maior [illegible], vos Hispani, vos Galli, ceterique omnes, quos [illegible] orbis et separat ultima tellus, nullo discrimine apud illum [illegible] mine, qui amore suo [illegible] est, atque conterraneus, ut qui per [illegible] in terram vestram illum evocatis, per [illegible] mortem, et in [illegible] vestrum in Caelum suum quadam reciprocatione evocemini.


[illegible] te voco, seu potius [illegible] voco, ô Paule, [illegible] Gentium [illegible] lumen, quia meâ videris stare sententiâ [illegible] sic scripsisti: Non enim est distinctio Iudaei, et Graeci; nam idem Dominus omnium Dives in omnes, qui invocant illum. Parce [illegible] Doctor, [illegible] dixerim, Caelestis Doctor, amabo, vos [illegible] colendissimi, [illegible] [illegible], in verbis ipsis elucidandis tenella mens, et [illegible] [illegible]: ego namque si quid [illegible] possim [illegible] Pauli [illegible] capiam. Apud Christum, qui [illegible] erat [illegible] recreat Populum, non est distinctio Iudaei, et Graeci, cum et Iudaeus, et Graecus, et alius vix Gentis [illegible], et [illegible] debeat appellari, nam idem Dominus omnium, scilicet cum idem sit [illegible], in Domino [illegible], et Graeci, et [illegible] nulla est distinctio, hoc est, cum Graeco Graecus erit, cum Iudaeo Iudaeus, cum Gallo Gallus, Dominus omnium, omnibus idem, Dives in omnes. [illegible] potentes [illegible] [illegible], qui nullo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] non est [illegible] [illegible], sic [illegible]: Iudaeum, et Graecum sese [illegible] [illegible] discriminari [illegible], idem erit [illegible] [illegible], non [illegible] utrique sit Iudaei, et Graeci [illegible] discriminatio, [illegible]? [illegible] [illegible]

nec millies eadem reddere verba, ne crambem repetere videamur, nimirum omnis diversitas in Nascente Puero non distinguitur, et ea ipsa de causa non consentitur: cum enim in ipso omnis sit eadem, ipso enim modo eadem ab eadem dissensione [illegible] enim aliter poterat evenire, cum ipse is, apud quem nulla [illegible] est, [illegible] omnibus sit.

Quae cum ita sint, non est cur ipse ego Leguani Juvenes, vos quos ad verba, cum Verbum ipsum ad verba provocat. Ipse calor est, Coelo missus, vel frigidiorda hieme incaluscit, nascendo omnium Nationum partes egit, Omnium, quotquot eis sunt, popularem se exhibuit: vos Natale suum complaudentes omnium itidem Nationum partes agite, an itidem vos populares omnium ostenderis? Facile, me arbitrio, modo cum: neque enim opus est, ut vix omnium linguarum quisque sit, quo [illegible] Navero nostro peracute noster quoque Verna [illegible]: oneri vestro, et muneri facietis satis, quin super, et abunde, si mea haec dicta vestris animis infocatis: amore, amore qui maximo infasciatum in praesepio Puerum prosequimini, complectimini, ardete; is enim Amor est, qui vos in ipsum Puerum, quemadmodum [illegible] queat transformare, atque ad eam normam qui sive vestrum cujusque etiam Nationum Gentibus evadet, ut omnium Nationum Puerum, ex pectore, et ore, omnigenoque carmine redamet, cantet, et concelebret; id precor, ut attentius inspiciatis, quo Puer, qui nascitur Verbum est, et ipso eo hoc omnium Gentium Verbum esse commonstrat, ut pro omnibus eo Vos utamini Verbo; utimini, inquam, Carmine, seu loquimini: an forte fas foret, quod cum in Verbo [illegible], vos [illegible] versu videamini? Con[illegible], inquam, Angue Verbo scribite, seu leges scribite: leges tamen pro meo munere leges scribam, inscribam, quas, ut servetis adurgeam, ne [illegible] in ipsas refractarii sitis, ad carmina condenda provocari.

Leges pro Certamine.

Prima: Quaeque Gens latine loquatur. 2a: Barbarus, quem Romani vocabant, nullus audiatur, id est, Barbarismum effugito: 3a: [illegible], in [illegible] [illegible], [illegible].



Nationum Lis
Pro Puero Jesu sibi arrogando.

Ex [illegible] Domus [illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] ejus. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Coelo [illegible]
[illegible] Deo [illegible] [illegible] Dei [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Christum
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

[illegible] vero [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Pauli ad Philipp. [illegible]
[illegible] collectio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Noto [illegible] [illegible] [illegible]

(Rosé [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] ([illegible] virginis)

Eutychianus. [illegible] generationis [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] virgine [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] filius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible], in qua [illegible] ejus [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ex filio Dei [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] filij [illegible] [illegible]

BREVIS REI POËTICÆ GUSTUS

per compendiarias aliquot institutiones propinatus.

INSTITUTIO 1.

de Poëticæ Natura.

INCIPIAMUS à nomine. Poësis [illegible] 1.
[illegible] ποιεῖν [illegible]
[illegible] Poëma, Poësis, Poëtica [illegible]

Poëtice [illegible] Habitus [illegible] 2.
Habitus, si [illegible] Carminis [illegible] afflatu divino [illegible] ut ajebat Horatius.

Natura fieret laudabile Carmen, an arte,
15. Quæsitum est [illegible]

Nec rude quid prosit video Ingenium; alterius sic
Altera poscit opem Res, et conjurat amicè.

3. Materiam exhibent suae arti, praeter Poëtam cum fingunt, Res divinae, de quibus Psalmodiae conscribuntur, et humanae Res naturales, ex quarum indagine, atque explicatione Lucretius egit, uti de Georgicis Virgilius, de Sideribus Manilius, de Sphaera iisdem Georgius Buchananus, de cultu hortorum nuper Rapinus, atque alii de aliis. Res gestae, sive Historiae Carmine quoque consignantur, sic Lucanus scripsit de bello Pharsalico, Silius Italicus de Punico, et uterque à Criticis ex albo Poëtarum expungitur. Moralia, Civilia, Economica, Juridica, Medica magnam quoque dictioni Poëticae segetem ministrarunt.

4. Si latè Poësis consideretur, forma Poëseos erit Metrum, et Spiritus Poëticus, quo dictio animatur: Si strictius cum Aristotele consideretur, sita est ejus forma in metricâ dictione, et in humanâ imitatione. Finis hujus artis ex delectatione pariter, et doctrinâ consurgit: primum modulatione Vates assequitur, alterum fictione, imitationeque. Quare Poëma nullum Ametron, sive oratione prosâ poterit concinnari.

5. In hec primum contorquetur telum: absque imitatione, et fictione multoties Poëma conficitur; non erit ergo imitatio, aut fictio de [illegible] sive Essentia Poëmatis: distinctione infringo, et declaro Antecedens: absque imitatione, et fictione conficitur Poëma latè sumptum; verum: conficitur Poëma Aristotelicè, et pressè sumptum; falsum. Carmen sine fictione sensu Aristotelis non est Poëma, sed tantum [illegible]. Unde qui talia Carmina conscribit grande Poëtae nomen non meretur; sed versificator potius erit appellitandus.

6. Secundum telum: Aristoteles aliquando sermonem prosaicum vocat Epopejam: ergo Poëma absque auxilio carminis per dictam optime poterit intelligi: vera est propositio; falsa est consecutio. Dixit enim utramque Epopejam vocat quamcumque imitationem, sive ea Carmine sive prosâ fiat.

7. Tertium telum: Poëtica Rhetorica est: ergo vel diminutè definitur Rhetorica per vocem Facultas, vel Poëtica supervacaneè per potentiam: Exhaurio pharetram; neutrum ita est. Rhetorica in communi nomine definitur per vocem Ars, quia quamvis per vocem Ars [illegible] sit proximius, ceteris partibus non adaequat omnem latitudinem Rhetoricae. Attamen

definitione Rhetoricę in communi præmissa, et veluti quodam fulcro præ-
jacta, jam è medio illa sublata est difficultas, ut Poëtice definiatur per Ars.

Synopsis Institutionis.

Poëtice latè sumpta Ars conscribendi carminis: strictè accep- 8.
ta Ars modulatè actiones imitans. Juvat utramque Ars, et Natura.
Utriusque Poëticę materia est res quęcumque dictioni metricę subjicibilis.
Forma prioris est tantum dictio metrica: Forma posterioris est dictio
metrica, et imitatio actionis humanę. Imitatio est Expressio, atque ad-
umbratio actionis, sive hęc bona fuerit, sive prava: ideo Simonides Poë-
sim appellavit picturam loquentem. Finis est delectatio, et doctrina: et
hac de causa turpium carminum Scriptores indigni sunt nomine
Poëtarum. Poëma latè sumptum non stabit sine carmine: strictè
nec sine carmine, nec sine imitatione. Definitio nostra Rhetoricę rę
complanavit, ut Poëticę per vocem Ars definiremus.

INSTITUTIO Iª
de Carmine Epico.

Epopeja vox græcè composita ex duplici voce, prima Epos, id est, 9.
Verbum; secunda Poio, id est, fingo, aut facio. Hoc nomine venit ea Poë-
sis, quę res Heroum gestas carmine pertractat hexametro: nam licet Epos
nomen commune sit locutioni; peculiatim Poëticę adscribitur; et quasi
antonomasticè fit verbum proprium, qui canendi illustrium facinora hoc
carminis genere provinciam susceperunt, quam ob rem eosdem hos Poëtas ex
Jullius Epicos vocat.

Hacce nominis interpretatione supposita, Epopeja sic definitur: 10.
Poësis Heroum egregia facta, actionesque illustri carmine exametro dire-
xim comprehendens. Horatium exhibeo

Res gestę Regumque Ducumque, et tristia bella,
Quo numero scribi possent, monstravit Homerus

Definitio nostra Materiam, et formam continet Epopeję: Materiam in
actione illustri Personę illustris: formam in narratione carmine hexa-
metro exornata.

At enim ea actio, quę materia est, simplex dumtaxat, ac una de- 11.
bet esse, quod indicit Venusini norma

Denique sit quodvis simplex dumtaxat, et unum.

Enimvero tametsi Poëmati Epico multę actiones admisceantur, hę ejus-

dem sint generis, ac conditionis, ut possint a Poëmate abesse, quod si aliqua sunt, quæ abesse non possunt, hoc non habent a se ipsis, sed ab actione primaria, cui ipsæ referuntur, et in qua una pertractanda totius Poëmatis Heroici cardo vertendus est.

12. Rem illustro exemplis: duplicem Epopejam conscripsit Homerus Iliadem, et Odisseam. In Iliade primaria est actio expugnans Urbis excidium: in Odissea reditus Ulysses in Ithacam, et ab eo domus servata. Utriusque Poëmatis libris cætera, quæ occurrunt, ad rem commode, et ornate pertractandam, et tanquam actiones secundariæ inducuntur. Sic Virgilius in Divina Æneide unam enarrandam suscepit actionem, nempe adventum Æneæ in Italiam, atque in ipsa fundatum Imperium. Peregrinationes, errores, varii periculorum casus, feliciter confecta bella, ad illam primariam actionem mirifice reducuntur.

13. Quemadmodum una est actio eligenda, ita et unus eligendus est Heros, ut Achilles in Iliade, Ulysses in Odissea, Æneas in Æneide; unde si in Poëmate alii inducendi sunt Heroes, hi nec superiores, nec æquales, et rebus gestis illi Heroi primario sint pares: in quo peccat Torquatus Tassus sua in Hierosolymitana ob sidione utrique conscripta; et alia ex parte in sua Achilleide peccat Statius, qui totam Achillis vitam in materiem assumpsit, ut ipse operis initio proponit

.... Nos ire per omnem

Sic amor est Heroa velis ....

14. Actio Epopejæ integra debet esse, hoc est, expedire, et ad umbilicum deducere id totum, quod de Heroe pollicetur; dicitur actio primaria etiam integra, quia secundariæ actiones partes sunt. Ibi vero similitudini in actione quam maxime consulendum est; sin vero aliquid audacter, et supra verosimile effingatur, id minime in actione primaria locum poterit obtinere, sed in secundariis: quod si non esset, quis excusaret Homerum, cum de rebus futuris equos cum Achille colloquentes inducit? Nec meus Virgilius hac in re nævo careret, nisi naves mutatas in Nymphas, aureum ramum ex arbore, virgulta ex Cadavere Polydori, in secundariis actionibus collocasset.

15. Tempus, quo debet absolvi actio primaria, et numerus versuum ejus ostendunt magnitudinem. Virgilius actionem anno minus uno complevit, et versus 85. super novem millia conscripsit. Aristoteles censet per-

commodum esse tempus, quod ad transitum unius fortunæ in alteram sufficit. Unum diei spatium tragœdia exposcit; anni unius spatium nec plus sibi postulat Epopeja.

Episodium latine insertum est actio illa secundaria, quæ præter rem adfertur, sed cum ipsa conjungitur, eamque amplificat, et exornat. v. g. in Æneide est actio primaria Æneæ adventus ad Lio in Italiam; at Historia trojani Excidii tota est Episodica, quæ licet absolute necessaria non sit, plurimum gratiæ, et ornatus confert: appulsus in Africam, et ex hoc illa rerum series, descensus ad inferos, et cætera id genus Episodium sunt. 16.

Episodia, uti in Rhetoricis de Exordio diximus, nec longe debent esse petita, nec putidius affectata, sed aliquam cognationem, affinitatemque cum actione primaria contrahant; quod si non habeant Episodiæ Fabulæ dicuntur: ergo Lucanus non excusatur, qui in Pharsalia Episodia inserit de rebus exquisitis, atque ab argumento alienis; Hoc certe est illud 17.

.... Magnis professis

Purpureus late qui splendeat unus, et alter

Assuitur pannus ....

Locus non est Episodiis solutione, ubi in finem festinat animus; sed in connexione, ubi est rerum perturbatio, ac confusio.

Synopsis institutionis.

Epopeja est regia Heroum facta carmine tractat hexametro. 18.

Hoc nomen specialius huic Poëmati convenit, et qui id scribunt Epici vocantur. Materia actio illustris Personæ illustris: Forma ornatus actionis carmine hexametro. Unus debet esse Heros: una actio primaria, et hæc integra, id est, ad finem usque deducta: tempore unius anni debet esse confecta: decim ut rex ... ; at si aliquod inverisimile fingatur, hoc in secundariis actionibus fingatur. Episodia, actiones secundariæ, seu insertæ, in primariæ cognatæ, nec sub finem Poëmatis inducantur.

INSTITUTIO 3.a

de forma Carminis Epici.

Hanc hujus carminis formam a quadam Phemonoe Pythia inventam fuisse Strabo commemorat, et [illegible] 19.

fuisse hunc nonnulli testantur

Συνφερετε πτερα τε οινοι κηρουτε μελισσαι.

Quod latinè redditum sic sonat

Ferte et aves alas, et apes subministrate ceram

At vero Epopeia, et respicit heroicas personas, nullum alium, quam Homerum, fatetur Authorem, ac Principem. Huius ergo heroici carminis ornatus est forma Epopeiae, et hic ornatus ex multis con-

20. In primis ex fabula, quae est totus ille contextus, quo Heroicis actio à Poëta convestitur: v.g. Navigatio Aeneae in Italiam Actio est, at ille certus ordo, quo ipsam Virgilius comprehendit, et enarrat, fabula dicitur. Fabulae partes sunt Desis, et Lysis. hoc est connexio, et solutio; connexio fit ab initio Poëmatis usque ad locum, in quo fortuna Herois commutatur in melius, aut peius. Solutio fit ab initio mutationis illius, usque in finem Poëmatis; et ipse actualis mutationis transitus dicitur Metabasis.

21. Sedulitas accurata in exprimendis personarum moribus altera est pars ornatus, seu formae Epopeiae. hoc est, quod aiebat Horatius [illegible], sint sibi mores, scilicet ut congrua accommodatione [illegible] personis de quibus sermo est: quare cum eodem Venusino dicemus

Scriptor honoratum si forte reponis Achillem
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer
Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis:
Sit Medea ferox, invictaque, flebilis Ino:
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.

22. Sententiae, quibus velut stellulis Poëma collucet, et quae sunt quaedam pronunciata de recte vita instituenda, pars sunt ornatus [illegible]: cavendum tamen est ne frequentes sint nimis. Sed quae vocantur acute dicta toti [illegible] vitanda sunt. Deinde pars est [illegible] formae [illegible] Propositio, qua actio primaria refertur, et Persona Herois [illegible] circumscribitur, nec exprimitur nominatim, uti videre est in hac propositione Vatis Andini

Arma, virumque cano, Troiae qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lavinaque venit
Litora. ....

Sic Homerus cum in Odissea proponit Ulissem, nominat sed circum-scribit; at vero in Iliade expresse Achillem nominat adiungens nom-

mini proprio patronimicum, quo tantum usus est Statius in Achilleide.

In Latinis propositionem sequitur invocatio; Graeci ab invocatione ducunt exordium, praecipue invocantur Juppiter, Apollo, Musae, et inter has Calliope: sed pro rei natura, et circumstantiis varianda est invocatio; neque enim falsi numina in sacris Christianorum operibus invocanda sunt: ideo non male audit Actius Sincerus Sannazarius qui in sublimi poëmate de Partu Virginis Musas precatur, Phoebumque; ipsamque inducit Virginem Sybillinis libris intentam, et Protheum de Christo vaticinantem. Praetereà quod medio in opere saepius invocatio iteretur quemadmodum fecit Virgilius. 23.

Narratio altera pars est continua actionis explicatio, non quod multoties ipsa actio vera non fuerit, sed quod veris plurima falsa admisceantur. Dictio alia pars poëmatis ea sit, quae adaequet rerum magnitudinem et Majestatem: sit sententijs illustris, translata verbis, dignitatem addat, vulgaribusque abstineat: nec sit nimis splendida, nec languida nec tumida, denique inaequalitati periodorum consulat, ne vitium incurrat, in quod impegit Silius Italicus. 24.

Si celeritas, sive fuga altera, sive manus vel exeuntium impetus describatur, sit Dactilicum insonet multis dactilis ut carmen 25.

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
Ni fuga subsidio veniat fugit ocior Euro.
Inde ubi clara dedit sonitum tuba finibus omnes,
Haud mora, prosiluere suis, ferit Aethera clamor.
At tuba terribilis sonitu procul aere canoro.

Tarditas rei, sive difficultas, et personae gravitas, spondeis est exprimenda: 26.

Olli inter sese magna vi brachia jactant.
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras.
Olli sedato respondit corde Latinus.

Versus quos, cum quinta sede spondeo constant, spondiacos, aut spondaicos vocamus, Majestatem etiam personae indicant, affectuum magnitudinem repraesentant, rei difficultatem exponunt

Cum socijs natoque Penatibus, et magnis Dis.
Saxa per et scopulos, et depressas convalles

Aliquando etiam ad personae gravitatem meris spondeis est usus.

Olli respondit Rex Albai Longai.

27. Observanda est igitur in compositione talis hexametri, [illegible] syllabarum collisio, versuumque immediatio, ut res ipsae oculorum [illegible] potius geri spectentur, quam ipsae velut gerentur audiantur. Quid grandius, quid vividius, quid sonantius Virgiliano illo:

................................Convellimus altis
Sedibus, impulimusque; ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu trahit.................................

Videtur enim magis spectatur, fragorque auditur, quam canitur. [illegible] ratio [illegible] versus per operis decursum multum aliquando confert. Pono tandem finis Epopeiae est Heroum facinoribus [illegible] [illegible] [illegible] informare quid ad rempublicam bene gerendum, sive ad [illegible] prudenter administrandum.

28. In definitionem insurges [illegible] [illegible] includit materiam: [illegible] [illegible] [illegible] Epopeia quin detur actio illustris Personae illustris: [illegible] [illegible] [illegible] non est materia Epopeiae. Propositio antecedens, quia [illegible] [illegible] actione [illegible] Batrachomiomachia, id est pugna murium, et [illegible] [illegible] habita, est Epopeia Heroica; quis autem dicet eas actiones esse Personarum illustrium? respondeo poëticè et fictè muribus esse personas [illegible] [illegible], et hac sub fictione ea bella, ea [illegible] facta, quae ibi [illegible] [illegible] Homerus, describuntur et exornantur.

29. Alius [illegible] in definitionem, qua parte formam includit, [illegible] [illegible] [illegible]; quidquid carmine Heroico describitur, Poëma Heroicum est: ergo quidquid carmine hexametro continetur, [illegible] [illegible] Heroicum erit: duplici responsione retundam: primo [illegible] [illegible] propositionem, et negando consecutionem: Cum enim Carmen exametrum Heroicum dicatur a materia, seu actio [illegible] Heroica, [illegible] si deficiat, carmen illud non erit Heroicum. Secundo [illegible] idem [illegible] distinguo propositionem: quidquid carmine [illegible] [illegible] Heroico, si Heroicum sit, Carmen materia, et forma, [illegible] [illegible] Heroicum erit, haud negem: quidquid describitur Carmine Heroico, si Carmen sit Heroicum vocetenus, et usurpatione, Poëma Heroicum erit, id negem: Exametrum enim simplex, et [illegible] non est Heroicum, sed quod Heroica tractet, et tractat Heroicè.

agnitionem. Actores sunt personæ graves, et debent cothurnate ambulare: unde cothurnus pro stylo illustri accipitur, uti soccus pro humili: post quemcumque actum Chorus canticum edebat, et tam fuit varius in numero personarum chorum constituentium, quam in carminum literatura. Quoad qualitatem, mores, ijque graviores, illustres sententiæ, dictio magniloquia sunt partes, ac præcipuè fabula tota illa, quæ intercidit rerum series: in qua actio primaria unica est, non tantum enarrata, ut fit ab Epopeja, sed etiam gesta, ac ob oculos posita. In dictione senarijs iambicis utendum est, aliquando hexametris. Illa actio debet esse una quoad tempus, et potest esse multiplex, quoad locum: sit veri similis, et admirabilis; nec in illa exitus fiat sive plutro per machinam, vel Deorum adventum. Æschylus, Sophocles, Euripides græci sunt principes. In latinis Seneca, quisquis ille fuerit: In nostris Stephonius, Caussius, Leyal, et Baldius.

INSTITUTIO 10.ª de Comœdia.

Idem Comœdia sonat, ac Ode, seu cantus in vicis habitus, nomine deducto à more illo prisco, quo adolescentes in pagis urbibus finitimis exercebantur. Alij vero verbo Comædin originem referunt, quasi cantus dicatus sit Deo Como, qui comessationibus hilaribus, rebusque jocosis præesse habebat. Comœdia igitur est Poëma dramaticum vitam communem, resque privatas civiliter, et popularitèr imitans; partim tragœdiæ convenit, partim differt, convenit quia dramaticum Poëma est; interlocutores admittit, actus habet et scenas, musicam que: differt ijs omnibus, quibus agentes de tragœdia alteram ab altera ostendimus segregari. 99.

Triplex fuit ætas Comœdiæ. In prima Comœdia agebatur antiqua, quia propalam, et apertè vitiosorum mores hominum carpebantur. In secunda ætate, hoc est, Græcis dominanti tyrannorum Imperio, Comœdia, quæ media dicitur, exercebatur: et in qua Poëtæ tantùm ad invicem Poëtarum aliorum scripta acriter impetebant, multaque sannis illudebant. In tertia ætate (hoc est, Alexandri Magni tempore) Comœdia, quæ nova appellatur, in usu fuit, et ab illa utrumque utriusque illius satyricæ dicacitatis genus procul fuit amandatum. 100.

Comœdia dicitur altera palliata à pallio græcorum indumento; togata à toga Romanorum: prætextata à magistratuum, senatorumque vestibus: trabeata à Consulum habitu in tempore pacis: tunicata à 101.

tunica viri lacerna gentis infime extis: Atellana, que Poëma est a modum joculare, acreque, et ridiculum, ab Atella Oscorum oppido nomen accepit, atque in Romanum theatrum ex illo loco deducta, ac translata.

102. Comœdiæ partes quoad quantitatem, tot et eadem sunt, que in tragœdia, prologo addito, qui semper prima sede collocatur. Titulus, et argumentum, sive perioca a multis inter partes numerantur; at ego tales non esse existimo. De prologo etiam aliqui volunt non esse Comœdiæ partem; sed ego distinctione procedam: si prologus ab argumento connexo sit sejunctus, pars certe non erit: sin vero conjunctus sit, et affinis, in partibus referam. Fabula nihil est aliud, quam tota comica compositio que, quoad actionem pertinet, aliquando potest esse facta, hoc est vera, et aliquando ficta: Interlocutorum nomina è re quoque sunt confingenda: v.g. Juvenis, qui amet, Pamphilus dicitur; senex dicitur Chremes, ab screatu; servus Dromo dicitur à servili cursu, Davus, vel Geta appellatur à gentis nomine: si Comœdia plus quam quatuordecim personas admittat, peccabit in Artem

103. Mores sint accommodati, et stabiles, hoc est, qui semel fuit inductus ut avarus, alia in scena, sive actu non inducatur ut prodigus; sententiæ quoque sunt adspergendæ: sententiæ, inquam, non admodum illustres, sed quæ ad rem privatam pertineant, et civili vitæ deserviant. Stylus dictionis sit purus, et humilis, ut sermonem decet familiarem; aliquando tantillum poterit assurgere.

104. Actus in Comœdia dicitur actio illa, quæ percommode, atque faciliter possit ab aliis partibus sejungi. Mello peraque interciali: Mello petra, inquam, qui mimicam saltationem cantus hilares, et supra modum jocosos continet, et imbibit, que in re hispanico-comica dicitur Entremès. Atque actus varias in scenas dividitur, et scena nova fiet, semper ac persona aliqua discedit, vel aliqua accedit. Hoc nomen scena primitus dictum est à ramis, et frondibus, quibus theatra assurgebant, et cooperiebantur. Post modum scena tragica columnis assurgebat, et epistiliis: Comica parietibus, aliisque exedificationibus.

105. De ridiculo addam breviter; Ridiculum in Comœdia vocatur quodcumque lepidum sit ac facetum, sive id ipsum oriatur ex rebus, sive ex verbis oriatur: ubi advertendum: quod multoties mire habentur facetiæ que ineptiæ videbantur ut Plautinum illud: Hi duo viri, qui adstant,

stant, non enim erant; De metro dicam, quod dimetris, trimetris, tetrametris sermo est conformandus, ut orationi prosaicae accedat quam maximè, quod fuit ingens quorundam comicorum studium: ideoque Plautus ansam praebuit, ut lis olim inter Doctos haberetur, an prosa scriptitasset, an carmine: de quo nostrum audite Bahusium:

Metra habet et numeros, Faustino judice, Plautus:
Judice Messala, nec metra, nec numeros:
Dum sibi sic pugnant, linguae quae in jurgia surgunt,
Soccipedemque Umbrum culpat hic, ille probat;
Ipse rogor, punctum quod dem crassumve, nigrumve,
An pede vinctus eat, an pede liber eat?
Tollo manus, tu, Phoebe, mihi da scribere, dixi,
Non numeris numeris Plauti, ametrisque metris.

In hac parte magnum sibi nomen adepti sunt in Graecis Aristophanes Menander, Philemon; in Latinis Therentius, et Plautus: in nostris Franciscus Gabriel de Leyai, Crusius in suis dramatis, et P. Jacobus Baldius.

Synopsis institutionis.

Comoedia vel a voce Come dicitur, vel a Deo Como: res privatas et civiles jucundè pertractat. Cum tragoedia convenit aliquibus, aliquibus differt: prima vetus fuit, et acerrima: secunda media, et non adeo acris: tertia nova, in qua acetum, et sales aliquod habuere temperamentum. Palliata, seu Graecanica a Pallio dicitur. Togata a toga; praetextata a praetexta; trabeata a trabea; tunicata a tunica; Atellana ab Atella oppido. tot habet partes, quot tragoedia, et deinde prologum; si prologus adjunctus sit, pars erit; si sejunctus, non item. Fabula est tota comica compositio, in qua inter locutoribus apta nomina fingenda sunt. Mores constantes sint; sententiae oeconomicae, atque privatae: stylus purus et humilis. Actus (scilicet illa actio, quae ab aliis partibus separari potest) Melopoeia sive musica, sive saltationis intercidatur. Actus plures in scenas dividatur, et pro ixitas ab itu; discessu, vel accessu personae scena fit, et scena dicitur ab arborum umbrosorum ramis, quibus astruebant umbracula. Ridiculum in rebus potest esse, et in verbis; de metro aliqua potest esse varietas, hoc maximè observandum, ut ad prosam accedant metra, quoad fieri possit. Graeci hac in re excellentes Aristophanes, Philemon, Menander, Latini Plautus, Therentius. Nostri Crusius, Leyai, Baldius. loco.

INSTITUTIO IIa.

Miscellanea.

107 Cum Miscellanea Sylva sit, Miscellanea initium ducat a Sy-
Sylva dicitur Carmen Epicum extemporale, atque subito calore profu-
sus, quod, si prolixius ad incudem revocetur, Sylvæ certè nomen amittet.
Cum carmen istud nullis Epopejæ legibus obstringatur, sitque sua lex n
pexè legem habere; Papinius Statius magnum est nomen Poëmatisi
istis, et quidquid peccavit in Thebaide, et Achilleide, non observandi leges,
emendavit in Sylvis leges non observando. Vario in genere prout se gerent
materies, et res, nec poëmata possunt confingi; dicitur carmen nupti-
le, idque quadruplicitèr: Scolion, quod in ipso convivio occinebatur: Epi-
thalamium, quod prope thalamum: historicum, quo ipsæ nuptiæ cele-
bebantur: mixtum ex narratione, et cantu insimul compositum.

108. Sylva etiam dicitur Carmen Panegyricum, vel Panagyricum
(ut Rhodiginius ait) quod ex se nihil aliud significat, quam contionem
populi frequentiamque; sed jam usus obtinuit, ut quodcumque opus
aliquem dilaudat, opus panegyricum vocetur, et causa ab ista Carmen
nomen obtinet idem. Epybaterion Carmen est illud, quo ex reversion
sua post longam peregrinationem alicui gratulamur. Propenticon di-
citur illud carmen, quo votis, et bonis auguriis abeuntes prosequimur;
Votivum est cum vota, precesque ad superos mittimus, ut aliquid impetr

109. Parenethicum Carmen est, quod præcepta à bene vivendi continet, et ad
virtutem vel quidquid laudabile quemquam hortatur, ac stimulat.
Encomiasticon, sive Epaneticon aliquorum laudes commemorat, et
ad panegyricum reducitur. Epinycion est carmen ob partam victoriam
Genethliacon, quod et natalitium, sive geniale dicitur, dupliciter potest in-
telligi; sive quod quotannis occinitur, cum annua natalitii alicujus cele-
bratur memoria. Eucharisticon gratiarum actiones exprimit. Apo-
baterion est carmen, quo ipsi, qui discedunt, utuntur: Apopempticon
peregrinationem alicujus pertractat: Odeporicon itinerarium describ-
bit. Soterion est Carmen pro sanitate restituta. Diræ sive carmen Dira-
le imprecatio, execrationibusque impregnatum est totum, ad quod
Stephonius (ni me mea defexit memoria) intexnam habet tractatiun-
culam; præbuit quidem ad suum funiale Carmen in Herodem.

Anagramma, quod idem est ac relitteratio, et multa est in usu 110
apud Poëtas, est transpositio litterarum unius clausulę in alteram, quę diversa significet: aliqui anagramma appellarunt litterarum Metamorphosin, atque ingeniorum tormentum, cum in ipso conformando multum, improbo quidem labore desudetur. Quare non inepte Martialis Britannicus, id est, Johannes Audoenus de anagrammatistis hoc Epigramma conscriptum reliquit

Quonam vocales huc, illuc pellere tandem
Vultis, et infantes cogere litterulas?
Otia ut Augusto facientes solebat in unum
Cogere Thyrsis oves rure, Capras Corydon?

Anagramma vel purum est, vel non purum. Hoc secundum, in quo clausula clausulę non in omnibus literis respondet: primum cum respondet in omnibus literis: qua in re observandum est, quod aliqui volunt, aspirationis defectum, dum litera non sit, haud obesse anagrammatis puritati: vel si diphtongus pro illa tantum litera, quam sonat, ponatur; vel si ponatur pro duobus ex quibus componitur.

Et claritas, et aptitudo maxime observanda sunt in anagram- 111
mate, quod si brevius sit, melius exit, et si sit retrogradum, idest, quod ante, retroque idem legatur, summam, summumque hujus artis pertingat: v.g. illud Hispanicum: Rei va Narier. Cum nomina, cum cognomina radices sunt anagrammatis; quibus super si Epigramma conficiatur multum additur lepori; v.g. illud de Lutero Martinus Lutereus, ter Matris vulnus:

Et lingua, et calamo, et ferro fera Vipera Luter
Ecclesię Matris ter grave vulnus exit

Aut illud Johannis Audoeni de Galeno. Galenus: Angelus.

Angelus est bonus anne Malus, Galene? Salutis
Humanę custos: Angelus ergo bonus.

Notandum interea illud verbum, quodcumque sit, quod fundamentum veluti habetur, ac radix anagrammatis, programma dici. Aliquid de anagrammate literalii adderem, sed minimum habet ingenii, et inutilis defatigationis maximum, ac deinde quid Cavallisticum in Hebreis redolet, ac quid superstitiosum in Idolatris: fingebant namque virtutem hominibus adaptari, prout minor, aut major erat in suo nomine literarum numerus, quapropter ajebant, Hector cessit Achilli: de qui-

quibus omnibus lepidè, faceteque pertractat Julius Cesar Scaliger in libro de subtilitate contra Cardanum.

De Epitaphio.

112. Epitaphium, quod idem sonat, ac inscriptio, vel in cisio sepulchrali, eo differt ab Epicedio, quod carmen istud funerale non incidebatur, sed prope sepulchrum canebatur; deinde Epicedion potest longius excurrere; Epitaphion, quod carmine conscribitur, pulchrius erit, si brevissimum sit: quandoque uno verbo concluditur: v.g. illud in sepulchro cujusdam hominis Nothi, in quo incisum erat hoc verbum: Tu-mus. Hoc erit ob oculos habendum, ut quidquid quam maximè proprium erat hominis, qui vita functus est, hoc in materiem sibi accipiat Epitaphion, quod et simplex, et compositum, quem enim admodum de Epigrammate diximus, poterit esse. Alia sunt in Epitaphijs heroica; alia satyrica; amatoria alia: de his nullum est, quamvis multa extent, Epitaphion, quod in exemplum possim adferre; quale enim his in rebus exemplum poterit inveniri? Pro heroicis tantum adferam Inscriptionem illam sepulchralem Jacobi Falconij Valentini in Carolum V. Imperatorem Maximum:

Pro tumulo ponas Orbem, pro tegmine Cœlum;
Sydera pro facibus, pro lachrymis Maria.

De Satyricis multa sunt, sed pauca excerpam, primum illud in Graecum,

Grammaticam didici, multos, docuique, per annos,
Declinare tamen non potui tumulum.

Aliud de quodam Phylosophastro, qui dum loquebatur latinè in grammatice precepta peccabat:

Hic jacet Magister Noster
Qui ter tantum argumentavit
Semel in celarent, ut omnes admirarent
Bis in Frisesomorum requiescat in secula seculorum.

113. De Ænigmate paucis agam. Ænigma juxta graecam deductionem idem est ac verbum implexum: ac poterit esse et scriptum, et pictum. De Ænigmate picto praesertim loquar, quod sic definiam: Historia aut fabula penicillo in tabula expressa aliquid subobscure significans: v.g. Vis horologium solare ænigmaticè per picturam exprimere? illam Memnonis fabulosam statuam, quae radiis Solis percussa loquebatur, depingas. Vel si fulmen connexis explicare, coloribus varia Vulcanum â Jove è Cœlo dejectum

si missiles in altum ignes, sive pyrobolum, Eliam in altum evolantem, suumque pallium deorsum emittentem in tabella exposueris. Unde notandum est quod non debeat in ipsa depingi id, quod per picturam innuitur, nisi hoc necessitas expostulaverit v.g. dum oculum enigmaticè exprimis per puerum Mosem junceo calato inclusum, et nilíacis undis fluctuantem, non Mosem ... confinges: deinde quicumque sexus per tabellam exprimatur, per imagines sibi corrispondentes exprimatur; non vir per fœminam; nec fœmina per virum.

Hæc pictura, quæ vices agit verbi, sive animæ in ænigmate exornanda est, stylo amœno, vivido, nativo, tùm prorsâ, tùm carmine. At, si dialogicè expositio tabulæ à duobus habetur multum lectoris additur. Advertas tamen expedit expositionem ænigmatis, sumpturam initium ab ipsa narratione historiæ, vel fabulæ, et quasi generali convenientia, quam habet cum rè per ipsam significatam: post per operæ decursum hæc convenientia magis, atque magis elucidanda est. 114.

Ænigmatis occasione, seu ansâ, de Gripho, et Logogripho loquar. 115.
Griphus paucis differt ab ænigmate, et totus in ambiguitate perplexioneq. vocum consistit, quâ qui audiunt irretiuntur, et hac de causâ nomen Griphus caperit, cum idem ac rete significet: Logogryphus est cum detractio vel trajectio literarum aliud objectum significat, quàm quod ex se significat verbum. v.g. si de hoc verbo Ovis Logogriphum conficias, sic conficies:

Imbellis tota est, caput exime; vis erit olli.

Nam si ovis quæ mansueta est, literam o, sive caput amittat, tunc temporis certè retinet vim, cum hoc nomen vis ... ipsâ tantùm remanea. vel de Virgo:

Si totum sumas nihil est quod sanctius extet;
Tolle pedes, vir sum factus, factus, Amice, tibi.

Nam si verbo Virgo pedes detrahantur, id est syllaba go nomen vir tantùm fit reliquum. Rebus, sive carmen mutum, dicitur illud, in quo figuræ depictæ vices habent verborum. v.g. ad inopiam ostendendam depingatur Sphæra, sive litera O. et in ipsâ literâ vetula depingatur vultu manuque quasi Deos deprecans: ex quo toto resultabit hæc vox inopia, veluti de illa anicula diceremus esse in Opia.

De Hieroglyphico.

Hieroglyphicum, quod idem sonat ægyptiis, ac scriptura sacra, erant picturæ illæ, quibus tanquam literis ægyptii utebantur ad aliquid exprimen- 116.

dum, vel per arborem, vel per flumen, vel per quod aliud simile, ita ut ea ipse imagine Phylosophicum aliquod decer[illegible]peritur. De hyeroglyphicis ple[illegible] cis satis abundeque scripserunt Johannes Pierius Valerianus. N. Nicolaus Caussinus, et Athanasius Chircherus, Jesuadei uterque tantum exponit picturas hyeroglyphicas Hori Apollinis, qui ipsorum hyeroglyficorum fuit Author, et eveluit scripturam quamdam reliquit ægyptiis.

117. Huc accedunt Emblema, Symbolum que heroicum, quod hispanicè dicimus Empresa, et græce Φρενοσεχημα apellatur. Emblema, si voci atte[illegible] damus vocatur quidquid aut cælatum, aut tesselatum, aut sesmentatum parieti, clypeo, vasis inseritur. At verò jam usus invaluit, ut Emblema sit pictura ex quibuscumque corporibus confecta cum Epigraphe et expositione Emblema alii dividunt in historicum, Phylosophicum, et moralis, sed secun[illegible] dum, et primum in tertium recidunt, cum finis emblematis boni sint mores. Hac super re accuratissimus est Andreas Alciatus.

118 Symbolum heroicum eò differt ab Emblemate, quod Emblema quodcumque admittit, et vulgare; Symbolum non nisi quid illustre, et egregium: in quo et corpus et anima invenitur: Corpus dicitur ipsa pictura, anima dicitur illud verbum quod picturæ superadditur, quæ anima absolutè etiam verbum Symboli dicitur. Duo afferam exemplia: primum sit illud in laudem Cardinalis Verali confectum, cujus in gentilitio stemmate Rosa erat; et in Symbolo depicta fuit Rosa cum hac anima, seu verbo Ver-alo. Alterum Cardinalis Marceli Cervini cujus Stemma luna erat, qui in laudem Julii quinti Pont. Max. cui Sol erat stemma, hoc Symbolum effinxit: Luna pingebatur ad Solis aspectum cum hac anima: Aspice, crescit.

De Echo.

119. Echo dicitur carmen, quod tum verbum, vel extrema pars verbi, quod melius est, alteri verbo respondet, sive hoc fit medio carminis loco, sive in fine: exemplis supersedeo: unum tantum adferam, et hoc prosaicum. Amicus dignoscitur amore, more, ore, et re. De Carmine leonino in Pithis dicam de serpentino modo dicamus: illud est cujus prima hexametri Pars sit postrema pentametri. v.g. illud de Divo Johanne Baptista:

Agnus eram, mox fregi Aries violentus Olympum:
Me Lupa, meque lupus perdidit: Agnus eram.

120. Acrostichum dicitur carmen in quo initiales omnium versuum [illegible] aliquod nomen efformant: quod si literæ finales ad [illegible]

Synopsis institutionis.

Phenomoë inventrix Femina carminis hexametri, huius ut heroici Homerus fuit Author, cujus forma est congruus ornatus. Fabula, sive contextus actionis ornatus est pars; et fabulæ sunt partes connexio, et solutio, quarum in primâ non mutatur Herois fortuna, in secunda mutatur. Expressio morum, qui personis respondeant, pars est formæ Epicæ: ubi sunt quoque pars sententiæ in Poëmate sparsæ; et propositio, quâ opus exponitur, et Heros exprimitur, vel nomine proprio, vel patronimico, vel circumscriptione. Invocatio est itidem pars, quam græci propositioni præfigunt, latini non item. Invocatio iterari potest, et semper propria sit, et congrua. Est itidem pars Narratio, quæ confictè explicat actionem, quamvis actio vera extiterit. Dictio et Elocutio ingreditur formam Epicam: illustris sit figuris et verbis. Si fuga quidve simile describatur, dactyli in usu sint: si quid tardum, aut grave, pedes spondæi, aut versus spondiaci, servatâ in omnibus convenienti syllabarum literarumque texturâ. Materia Epopeiæ est actio personæ illustris, vel persona sit ficta vel vera; vel actio sit vera, vel ficta. Nec Carmen hexametrum quodcumque dicitur Heroicum; quod significat, potentialiter, ut ajunt, dicitur. 30.

INSTITUTIO 4.ª
de Carmine Bucolico.

Et Carmen hoc hexametris conficitur, nisi quod aliquando pentametri hexametris subjiciuntur, quod nusquam fecit Virgilius: raro tamen, idque in Pastorum cantilenis. Theocritus Poëta Siculus, Patriâ Syracusanus, qui hoc in genere aliquibus Author habetur, ipso Mantuano canente 31.

Sicelides Musæ paulo majora canamus.
et alibi. Prima Syracusio dignata est ludere versu

Carmen hoc Pastorale latinis appellatur, græcis Bucolicon, desumpto nomine â Bubulcis, qui Pastorum in gente primatum tenebant. Possunt tamen venatores, aut piscatores induci; et dicitur Carmen venatorium, piscatorium, sive Halieuticon. Est igitur Carmen Bucolicum Imitatio actionum pastoralium, sive rusticalium.

Ecloga etiam dicitur, eo quod sit Carmen delectum è multis: qui vero male Ægloga appellarunt, â Capris deduxerunt. Idillium quoque nomen habet, et hoc nomen ab specie, sive venustate accepit. 32.

atque suas Eclogas Idilia theocritus nuncupavit; et postea plurimi ... titulum eundem suis præfixere.

33. Ecloga triplex potest esse (quod idem de quocumque Poëmate ...tandum est) Activa, sive dramatica, hoc est quâ Pastores, sive alii Rustici inducuntur colloquentes, quin in ipsâ ipse Poëta suo nomine interloquatur: hujus est generis prima Virgilii Ecloga. Secundò potest esse Exegematica, seu narrativa, in quâ solus Poëta loquitur, et imitationes aliquas pastoralium actionum persequitur sine interpositione alterius personæ; hujus exhibet exemplum Virg. Eclo. sexta potest esse micta, sive mixta, et hæc complectitur utramque narrativam, et activam, ut est illa Maroniana

Pastorum Musam Damonis, et Alphesibæi.

Deinde si unica tantum persona loquatur, vel ea sit ipse Poëta, aut alia Persona ab ipso inducta Monoprosopos Ecloga dicitur, et dicitur carmen amebæum si in ipsâ dialogus sit, atque Pastorum contentio, et conquestio aliqua.

34. Id memori animo recondatur, scilicet quod Ecloga à Pastorali actione non recedat; unde si aliquando eò in opere Personæ illustres interloquantur, id fiat alio sub nomine, quod allegoriâ quâdam illas simpliciter dissimulet, atque occludat: quod si Pastor de Principis natalitio, aut de simili aliâ re sermonem intexat, à suo quoque modulo nimie deviet: si fortassis in Eclogis de rebus subtilibus, atque Philosophicis agendum sit, id quidem ipsum agatur more rusticali, aut dubitative: v.g. illud

In medio duo signa, Conon, et quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus Orbem?

Notandum etiam omnes Eclogas non esse Bucolicas, quales non ... Pollio, Silenus, et Gallus Virgilianæ.

35. Hoc quoque curandum, quod si personæ inducantur rusticæ nomina imponantur rei rusticæ convenientia; quæ nomina vel Poëta confingat, vel ab aliis idoneis mutuetur Authoribus, qui propriè nomina accommodarunt. Cum ea res rustica sit, Majestas vocum, Urbanitas aulica, elegans declamatio, et quæ similia, sunt à versibus absint: et è contra exulet horrida quædam rusticitas, qualis videre est in Rusticis hujus temporis.

Comparationes, ac similitudines frequentes adhexantur, sed simplices, ac tenues: breve sit Poëma Bucolicum, nam cum argumentum sibi sit edile, si longius excurreret carmen, cito vis exanimaretur, ac ordideret: stylus nitorem habeat, et veterem Romam redoleat: Character styli ut in pluximum humilis sit, ac fluens, aliquando tamen potest assurgere, ut assurgit in Virgilij Pollione. Dictionis contextus fusior non sit, et continuatus, sed locis sit intercisus. Ecloga gaudet eodem carmine intercalari, quod pluries in ipsa repetitur, vel idem prorsus, vel leviter immutatum, uti sunt illa 36.

Incipe Menalios mecum mea tibia versus—

Ducite ab Urbe domum mea carmina ducite Daphnim.

Si primo, et quarto loco dactilus collocetur, venusta est laus carm.[us] bucolici.

Excelluere in hoc in carmine è Græcis Theocritus, Moschus. Bion: è Latinis Princeps Virgilius, deîn Calpurnius, et Marcus Aurelius Nemesianus. Noster Guillielmus Becanus cuique suis in Idilijs comparabilis est, aut potius ipse in ijs est Poëta incomparabilis. Si sermone hispanico Eclogæ conformentur eædem norme, et præcepta observanda sunt: habemus Principem hac in re Garciam Lassum de la Vega, cujus Pastor Salicius, et Nemorosus æquant, sive superant Tityrum, Coridonemque magni Virgilij. 37.

Synopsis institutionis.

Carmen Bucolicum est Imitatio actionis rusticæ: dictum Bucolicum, sive pastorale à Bubulcis, Ecloga etiam dictum quasi delectum è multis, Idilion dictum à venustate. In Ecloga activâ non loquitur Poëta suo nomine; in narrativâ suo nomine loquitur; in mixta et suo nomine, et nomine alterius. Si Heroes bucolicis loquantur, nomine Pastorum ficto assimulentur, et Pastorum nomina sint è re nata: si de re sublimi aliquando agatur, more rustico agatur: mos ite rusticus non sit horridus, sed simplex, et facilis. Stylus sit tenuis, et lenis, sed purus, et proprius; sit intercisus in Carmine, et aliquando sublimius evolet: quarto et primo loco dactili collocent. In Græcis Princeps Theocritus. in Lati.[s] Virg.[us] in hispanis Garcias Lassus. 38.

INSTITUTIO 5.a

de Carmine Satyrico, et de Satira.

Est Satyra, et Satira. Dicam postmodo de secunda: prima, 39.

quæ per y scribitur, et quæ carmine hexametro conscribitur tota no-
stra est, id est, Latinorum, ut ajebat Quintilianus: hujus Poëseos fuit
Author Lucilius, ideoque nec satyra Luciliana vocatur: quod ostendit
Noster Pater Carolus de Aquino prima sua satyra, dum incipit

At tu Lucili tractas præpostera arma.

Ego tamen judico Lucilium dici Satyræ Authorem, non quod eam inve-
nerit, sed quod eam perpoliret, perfectioremque in formam redigerit, an-
te enim ipsum et Ennius, et Pacuvius satyras scripserunt.

40. Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est à quo sum-
nomen satyra deducat; quod ad me attinet distinctione procedam;
si satyra sit scripta per y, quæ sit hexametro conscripta, sive Luciliana
censeo dici à Satyris Diis agrestibus, petulantibus, mordacibus, ob simi-
litudinem, quam habet Poësis ista cum vetere græcorum Comœdia,
in qua satyri inducebantur insectantes, et amaris salibus perstrin-
gentes hominum mores. Alij putant quod dicitur à Satura, idest, ple-
na, et referta, quia satura vocabatur Romanis lanx quædam, in qua
multa pomorum varietas erat apposita, et ab nimia varietate argu-
menti farraginem suas satyras Juvenalis cognominat

Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus nostri farrago libelli.

41. Nihilominus tamen his non moveor, ut non judicem hanc
Etymologiam tantum convenire Satiræ scriptæ per i, quæ varijs
centonibus tum orationis prosæ, tum versus contexta est, et alio di-
nomine dicitur Varroniana. Interim illam aliam sic describam
Poëma carmine hexametro compositum dicax, jocosum, mordax
et acre ad corrigendos hominum mores non tam generatim, quam
singulatim; non tam hominum prætexitum, quam vitijs à Poëta destinatum
institutum.

42. Atque hinc patet, quæ sit satyræ materia, quæ forma, quis fi-
nis: finis morum correctio; forma lepor et acritas; Materia ho-
minum vitia, quibus in insectandis tota satyra debet occupari; quod
et agebat vetus græcorum Comœdia, ut libro primo satyra 4. ajebat Hora-

Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque Poëtæ
Atque alij quorum Comedia prisca virorum est,
Si quis erat dignus scribi quod malus, aut fur.

Quod moecus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multâ cum libertate notabant
Hinc omnis pendet Lucilius, hosce secutus
Mutatis tantum pedibus. . . . .

Satyra aliquando virtutes dilaudat, ut Ennius laudavit Scipionē Horatius Augustum, et Mecænatem. Juvenalis Proculejum, Cottam, et Lentulum; sed hoc fit indirectè, et secundariò, et quantum ad vitiorum insectationem conducit.

Satyra poterit esse aut merè narrativa, aut dialogica, aut mixta ex narrat. et dialog. [illegible] nas determinatas insectetur, sed innominatas, et sub nomine proprij vitij convenienti simulatas: duplex increpandi modus exi[illegible]tit: alter planior, acrior, apertior; alter jocosior, lepidior, occultior; quare cecinit Persius 43.

Pallentes rodere mores
Doctus, et ingenuo culpam defigere ludo.

Principiò Satyra non invocet, nec proponat, nisi aliqua figura propositionem involvat. Argumenta solida, firma que sibi requirit, et rationes, quibus, quas contrarij adferunt, dissolvat, ac hebetet.

In hexametris satyricis dictio debet esse humilis, et pedestris familiarique locutioni quam simillima, quod innuit Horatius 44.

Qui[illegible] prius illustrem satyris musa que pedestri

Quare idem eas ipsas satyras vocat sermones, ut sermoni quotidiano similes esse liberè commonstraret. At verò Decius Juvenalis plusquam Horatius stylum perpolivit, ac consijt; quamobrem non egrè tulerim, quod etiam in satyris aliquando cultius Carmen assurgat. Ideo que [illegible]nius Abati insignis satyrographus idiomate italico satyrę stylum pilę lusui comparavit; satyra namque modo erigitur, modo decidit, quemadmodum pila modo decidit, modo erigitur.

Hanc partem egregiè coluere C. Lucilius Aruncę natus. Q. Horatius patria Venusinus. Decius Julius Juvenalis Aquinas. Aulus Persius Flac. Volaterranus: at verò N. Carolus de Aquino Princeps in hac arte haberi debet; nihil enim hujus generis suis satyris limatius festivius, urbanius, et [illegible]sius unquam perlegi. tribus abhinc annis Madriti edidit duodecim latinas satyras Eques Lusitanus Dominus Franciscus Botello, de quibus quia admarus non sum, non possum 45.

judicium ferre. Hujus Authoris duo tantum epigrammata vidi, et verum est illud, quod ex ungue leonem, hac ex causa sui operis latinitati, aritique non imprudens, multum diffido.

46. At vero Satira Varroniana, quae per i scribitur, nomen potiori titulo suum trahit a lance illa variis referta fructibus, vel a quacumque alia miscella, seu ciborum farcimine: cum enim Varro varium metrorum genus, proximamque sui Satirae admiscuisset, ab hac varietate similitudine ex lance Satura desumpta, Satira cognominata fuit, facilius namque Romani mutabant u in i ut videre est in nominibus optimus, maximus, loco nominum optumus, maxumus. Et quemadmodum in i latinum nomen optumus u commutat, ita et Satura in i latium debet u commutare.

47. Hoc compositionis genus Varro Satiram Menippeam nuncupavit, a Menippo quodam Philosopho Cinico, qui mores improbos populi [illegible] quoque invectus est; et pro avorum nostrorum aetate Justus Lipsius Satiram quoque Menippeam nomine scripsit in qua sui aevi criticos, quod fecit ad Varronis exemplum. Liber autem ille aureus, simul et latinissimus, quo sub Anagrammatismo Clarij Bonarcij Pater Carolus Scribanius edidit, et Amphitheatrum honoris appellavit, hujus generis Satira est, quemadmodum et Euphormio Barclaii: denique quodcumque opus, quod ea varietate Carminis, et prosae sit concinnatum, tale est, ut possis illud jure optimo Satiram nominare.

PARERGON.

48. Hic libuit notitiam aliquam attexere carminis didactici, quod frequentius hexametrum est, atque illud est, quod praecepta continet, ac regulas exhibet in rem quamcumque, et dicitur a verbo graeco didasco, quod idem est ac doceo: omnes certe res potest hoc Carmen sibi adscribere in argumentum, cum e rebus omnibus praeceptiones, atque normae possint efformari; at vero si argumentum jejunum sit, atque sterile, dictione concinna, varietate rerum, narratione fabularum illustretur, ac interrumpatur. Hesiodus Poeta graecus a Patria Ascraeus, Ascraeus dictus Poema scripsit didacticum, cui nomen opera, et dies. Oppianus (ut taceam divinum Virgilium in georgicis) de venatione, et piscatione simile Poema contexuit. Columela Gaditanus sincera purissimaque dictione librum edidit de re rustica. denique quodcumque Poema regulas det, hoc didacticum erit.

Synopsis institutionis.

Satyra per y. à Satyris dicitur, et Luciliana à Lucilio primore, sive inventore, ea est Carmen hexametrum latum in majorum emendationem. hec emendatio est finis, [illegible] est forma, correctio [illegible] Satyræ materia: vertutes [illegible] aliquando [illegible] sunt, id indirecte. Satyra potest esse mere narrativa, aut dialogus, aut mixta ex utraque, personas determinet, sed eas non nominet, non invocet, nec [illegible]: alia increpat acrius, altera lenius. Stylus purus sit, et humilis, atque pedestris, aliquando [illegible]. Lucilius, Horatius, Juvenalis, Persius, [illegible] in Satyris eminent. Satira Varronis prosis, et versibus admixta scribitur per i. et dicitur ob similitudinem à Satura lance variis pomis referta, et mutatur u in i. unde quodcumque sit ex varietate contextum, Satira hoc sensu erit. Poëma, quod doceat per præcepta, et [illegible] didacticum est, à [illegible] id est doceo. 49.

INSTITUTIO 6.ª
de Carmine Elegiaco.

Elegia est Poëma hexametro, et pentametro [illegible], [illegible] constans, [illegible] [illegible], sen à animi affectusque pateticè manifestans. Hec vox Elegia, sive Elegidion idem ornat ac carmen flebile; deducitur namque à græco verbo Eleeo, id est misereor. [illegible] ab Horatio dicuntur miserabiles Elegi, [illegible] nomine [illegible] cum infelix, ac funeribus decantarentur; [illegible] verbum Eleeo à [illegible] traxit originem, [illegible] hanc Elegiæ ostendit etymologiam cum ait [illegible] 50.

F[illegible] ut noster status est, ita flebile carmen.

Aut de morte Tibulli?

Flebilis indignos Elegeia solve capillos

Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit!

Terentianus Maurus magnum nomen in arte poëtica de his versibus [illegible]

Hos Elegos dixere, [illegible] quod clausula [illegible]

T[illegible], ut tradunt, aptior esse modis

Attamen jam usus tulit, ut [illegible] funebri, luctuosaque Elegia 52.
transferatur ad explicandos quoscumque animi dolores, [illegible], gratulationes, [illegible], et quæ sunt similia, modo tamen materia non sit

heroico; hoc enim maxime repugnaret exiguis numeris, ut Elegos appellavit Venusinus, et Ovidius ipse conqueritur, quod Elegia non [illegible] gravitatem [illegible] consequentis:

Quid volui demens Elegis imponere tantum
Ponderis? Heroi res erat ista pedis.

53\. Nolui definire Elegiam Carmen flebile, quia nunc temporis per has voces minime explicatur, quod per vocem Elegia intelligitur; hoc enim fatum verba habent, ut extensa multoties a sua prima significatione recedant: dixi in definitione hexametro et pentametro alternatim, et semper constans, ut Epigramma excluderem, quod licet frequentius iisdem metris conficiatur, non tamen semper iis metris conficitur. At urgebis: Epigramma quod hexametro et pent[illegible] [illegible] est, semper et tantum hexametro et pentametro [illegible]: ergo Elegia erit. Respondeo primo, quod hexametros Epigramma non esse, sed ad Elegias [illegible] acceptos: respondeo secundo, quod multum in stilo differt compositio Elegiaca ab Epigrammatica, praecipue in [illegible] affectibus exprimendis atque digressionibus interpolandis.

54\. Elegia aliquando invocationem patitur, habetque propositionem non adeo simplicem, et apertam, ut plena Epicorum; sed ea debet esse [illegible] per abruptionem, interrogationem, vel aliud simile, ut Ovidiana illa:

Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
Quaeque Lycaonio terra sub axe jacet?

Aut illud Angeli Politiani de eodem Ovidio:

Et jacet Euxinis Vates Romanus in oris;
Romanum Vatem barbara terra tegit!

Argumentum Elegiae potest et debet amplificari per historias, similitudines, fabulas, exclamationes, gradationes, apostrophem, et cetera [illegible]. Digressio, seu Episodium pars Elegiae [illegible] formulis argumentum exornandum est, et sit ab illo in aliam rem admodum diversam, ut ab hac ad illud affectus [illegible].

55\. In Elegiis [illegible] per [illegible] amantium [illegible], [illegible] sagacitas, et liberalitas; puellae ab [illegible], et [illegible] quae potius virum corrumpunt, quam sanant: [illegible] affectus explicandi sunt, ut non aliter ipse [illegible]

dic

dictio, [illegible] ingenua [illegible], [illegible], non implexa [illegible] nimio acumine sententiarum. Repetitio vel iteratio Elegiam ornat quam maxime ut [illegible] illud

Altera sacra Deos, altera sacra Patrem.

Ab hoc [illegible] genere procul sit quidquid ipsum reddit [illegible] et asperum: ergo vitandae voces in [illegible], [illegible] elisiones; quid enim [illegible] quam hoc Catulli pentametrum? 56.

Quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit?

[illegible] sententia absolvatur; si vero ita non fiat, [illegible] sit, ut quodque saltem distichon [illegible] memorum.

Initio pentametri potius praemittatur dactilus spondeo quam spondeus dactilo. Pentameter terminetur dissyllabo, nunquam [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] non antecedat; ut illud 57.

Et solum constans in levitate sua est.

[illegible] finitur sit est. Nonnumquam Ovidius [illegible] [illegible]

Poma qui non notis legit ab arboribus

Et in pentasyllabo

Contactum nullis ante cupidinibus

Et in trisyllabo ut illud

Tela gerit lateri

At hoc non valde frequenter fiat, et si fiat [illegible], in argumento [illegible] [illegible] in praepositione, conjunctione, interjectione nunquam pentameter terminetur: nec in adverbio, praeter [illegible] ut magis, satis et pauca alia: nec in participio, praeter amans, [illegible], [illegible], nec in pronomine praeter tuus, meus, suus; nec in adjectivo praeter bonus, malus.

Horatius in arte de carminis elegiaci inventione tractans [illegible] 58.

Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor

Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.

[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] cum carminis elegiaci inventionem dico, inventionem pentametri tantum intelligo, illiusque hexametro associationem, quae associatio ita est constituta, ut hexameter antecedat, pentameter subsequatur; quod non servavit Horatius, illud [illegible], [illegible] [illegible].

Ter felix Chariton et [illegible] erant,

17. Humano generi Authores caelestis amoris

Atque in suis Elegis Dionysius Atheniensis Aeneus cognomento hexametro pentametrum subjecit: at vero mos iste non obtinuit.

59. Terentianus Maurus Calinoum quemdam inventorem habet pentametri sic enim ait

Pentametrum dubitant quis primus finxerit Author
Quidam non dubitant dicere Callinoum.

Id tamen manet inconcussum, quod precipua Elegorum laus in græco Calimacho Cireneo, et Philetæ Coo data est: quare de utroque cecinit Sulmo:

Inter Calimachi sat erit placuisse libellos,
Et cecinisse modis, Coë Poëta, tuis.

60. Triumviri in Elegis latinis sunt Cajus Valerius Catullus Veronensis. Albius Tibullus Romæ natus. P. Ovidius Naso Sulmone; omnes Romani equites. Sed in hoc triumviratu non alius, quam ultimus Princeps habendus erit ut Augustus, cum omnes alios Poëtas hac in re superavit vel ipso de se non immerito canente

Tantum se nobis Elegi debere fatentur,
Quantum Virgilio nobile debet opus.

Certè omnibus antistat, sed o utinam ingenii habenas cohibuisset in similitudinibus agglomerandis. Nihilominus Quintiliani nostri judicio Tibullus vel Nasoni palmam præripuit, est enim maxime politus, Urbanus, et elegans. Catullus purissimus est in latinitate, sed in compositione duriusculus. Sex. Aur. Propertium addam tribus, cui Umbria Patria habetur (id reclamante Gaspare Scioppio Comite, qui Meva-niam Patriam eis Propertij contendit) floridum eruditione, sublime ingenio. His quatuor antiquis in elegica laude serram reci-procant quatuor è nostris Becanus, Meyer, Valius, Moschiades, quorum Secundus hodie manè qui fuit expositus Christianus Tibullus, ac Proper-tius resectis omnibus duorum vitiis, debet audire.

E Sinopsis institutionis.

61. Elegia Carmen miserabile à græco Eleo constat tantum et sem-per hexametro, et pentametro, à qua hunc ultimum accepit Epigram-ma: ad alia quoque argumenta, quæ non sint lugubria extensa est Ele-gia, quæ invocationem admittit, et propositionem amat figuratam, am-plificationem per fabulas, et exempla, digressionem non procul ab ar-gumento, stylum perspicuum tenerum, nativam animi sensa reddentem,

amat quoque repetitionem, fugit angue pejus, et cane sententias nimi-
um acutas, elisiones crebrerrimas, et voces asperas: fugit monosylla-
bon, ut finiatur, nisi aliud antecedat, aliquando, idque non frequentius,
trisyllabo, tetras.ᵒʳ aut pentas.ᵒ concluditur: concludi gaudet verbis, et
nominibus substantivis; paucis adjectivis, adverbijs participijs exceptis
quibus in Poëtis non semel finitur. Callinous ejus habetur Inventor
Cultoresque eximij in græcis Calimachus, et Phyletas; è latinis Catullus,
Tibullus, Ovidius, è Jesuadibus Holchius, Becanus, Vallius, divinus Mejer.

INSTITUTIO 7.ᵃ
de Carmine Epigrammatico.

Multam præ manibus habemus doctrinæ segetem, at quæ ego collegam breve redigam in fasciculum. Epigramma idem ac scriptio, aut superscriptio sonat, idem que est ac græcum Epigraphe: unde quidquid statuis, templis, donarijs templorum inscriptum apponebatur Epigramma vocabatur. Prisci Epigramma tribus, duobus, aut uno verbo soliti sunt concludere, idque oratione soluta, aut ligato sermone uno tantum carmine res conficiebatur, quem morem imitatus Virg. in illo 62.

Æneas hæc de Danais Victoribus arma.

Attenim ea vox Epigramma nihil antiquæ significationis retinuit, cum jam non idem sit, ac superscriptio: est igitur Epigramma Poëma acutum venustè aliquid exponens, sive aliud ex alio ingeniose deducens. Non dixi breve, ne intelligatur brevitas ad rationem hujus Poëmatis pertinere tam rigide, ut quidam autumant, et ut ipse morem gererem, multaque colerem observantia tot Epigrammatographos primi subselij, qui vel Enealtica, vel decaltica, protentioraque Epigrammata conscripserunt. Martialis aliquando quadraginta versibus rem exponit, sex super quadraginta Sannazarius: Nostri Frusius Bidermanus, Vausius idem faciunt: omnesque isti sunt hac in arte magna Nomina, Principes, ac proinde Legumlatores. 63.

Hæc dixerim, ne aliquis, quæ brevia non sunt, Epigrammata non esse quasi pro aris, et focis contendat: quemenim damodum Epigramma jam extra cancellos merè inscriptionis est positum; ita et procul est à necessaria, putidaque brevitate. At dices: Epigramma viginti distichis comprehensum cur non erit Elegia? Apage, bone vir, isthac argumentatione: Elegia namque in sua dictione sive fon- 64.

ma, ut jam à nobis manet expositum, sexsenta alia requirit, quæ non patitur Epigramma: ergo scribantur vel brevia, vel longa, aut brevi-ora, aut longiora, prout justa amplificatio exegerit.

65. Ut rem concludam non gravabor exscribere, quæ Nolter Bi-" dermanus in prologo habet Epigrammatum: De historicis porrò " non dissimulo me in eo genere consectando majorem operam posuis-" se, quod videbam — peculiarem ijs à materia sive dignitatem, sive " illecebram ab oratione conciliari posse, atque eædem causæ fuerunt cur " longiuscula plerumque mallem; quamquam hodie sunt, qui singulis pæ-" ne versibus absolvi Epigramma contendunt, et se magnifice locutos cre-" dunt, cum in omnibus paginis suum illud acutum Cur, quia decie-" increbuerunt: qui profecto et sua se inscitia, et veterum Poëtarum in-" juria satis confutant. Si tamen vincere in hac causa tam pertinaciter " laborant, ut Epigramma, nisi quod nanum sit, proscribant, ultra " non pugno. Hucusque ille; sed nec ego ultra pugnabo.

66. Epigramma dividitur in simplex, et compositum. Prius sim-pliciter, et renulte quidem indicat factum, personam, aut rem aliq. sive laudet, sive reprehendat, sive tantum commemoret: Exemplum est illud Bilbilitani

Dimidium donare Lino, quam credere totum
Qui mavult, mavult perdere dimidium

Compositum ex alio aliud deducit; v.g. illud ejusdem

Cum sitis similes paresque vita
Uxor pessima, pessimus Maritus
Miror non bene convenire vobis.

Hoc quod deducitur potest esse majus, aut minus, par, sive contrari-. Majus concludit idem Martialis in Epigrammate decimo libri sep-tuagesimum; minus libro decimo Epigrammatum Epi.te quadrage-simo octavo; par ex pari concludit eodem libro Epigrammate quadra-gesimo quint; contrarium ex contrario libro duodecimo Epi.te 47.

67. Epigramma compositum duas in partes distrahitur; prima dicitur protasis, et rem exponit; secunda Epitasis, aut apodosis, et rem deducit: Logicus primam præmissam vocaret; conclusionem vocaret alteram: in protasi sive expositione quædam facienda, ac spargenda sunt semina, ex quibus postmodum apodosis, sive conclusio sua sponte

nascatur, ita ut qui legit, vel audit a primis versibus in aliquam veniat suspitionem, et quasi per transennam respiciat, et subodoret conclusionis argutiam modo nondum pateat acutum: appono exemp. in hoc Martialis

Ad cœnam si me diversa vocaret in Astra
Hinc Invitator Cęsaris, inde Jovis:
Astra licet propius, palatia longius essent,
Responsa ad superos hęc referenda darem

En duobus his distichis aliquantulum jam percipitur quo tendat acumen seu conclusio, quę ita se habet:

Quęrite qui malit fieri conviva tonantis,
Me meus in terris Juppiter ecce tenet.

Quamvis autem majus acumen epitasi, sive conclusioni reser- 68.
vetur, nullus erit obex, si acutula quędam ante conclusionem spargantur; ita quod ibi posse Epigramma finiri censeatur: exhibeo hoc Nostri Martialis, qui de Mutio Scęvola Sermonem habet:

Cum peteret Regem decepta satelite dextra,
Injecit sacris se peritura focis.
Sed tam sęva pius miracula non tulit Hostis;
Et raptum flammis jussit abire virum:
Urere qua potuit contempto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.

En hic accurate, acuteque Epigramma videtur absolutum, sed perfectiori, grandiorique modo sic Vates absolvit

Major deceptę fama est, et gloria dextrę
Si non errasset fecerat illa minus.

Conclusio, quę dicitur acumen, argutia Epigrammatis Clausu- 69.
la, cum non debeat esse sermo simplex ac merus, ut sit legitima hęc tria requirit: primum, ut diversum aliquid habeat ab expositione, ne cum illa confundatur: secundum, ut illud diversum, quod habet, ex ipsa dispositione inferatur: tertium, ut illud, quod infert, lepore, sale, solertia quę quęcumque antedicta fuerint excedat.

Sed cum id ipsum, quod exponitur, et concluditur, venustè ex- 70.
ponendum sit atque concludendum, quid venustas sit Epigrammatis videamus; ea est apta quędam conformatio partium, conveniensque re-

nexu suavitate permixta, qua certam jucunditatem, et amabilitatem Epigramma præ se fert, ac parit: venustas enim facile quadam cum dulcitate debet iniri; Horatio teste

Nec satis est pulchra esse Poëmata, dulcia sunto

Hæc suavitas in verbis, et rebus est posita; in rebus si materia sit res tenera, blanda, inaudita, nova, admirabilis, quæ certè rapiunt animum et non levi permulcent dulcitudine: in verbis est posita, si dictio sit lævis, perpolita, rotunda, nec scabra, nec aspera; sicque vel Epigrammata acumine carentia, quia venusta sunt laude non carent: exemplum sit

Illud Catullianum sic incipiens:

Phaselus iste, quem videtis, hospites,

Quod quidem numero quartum est: multa hujus farinæ invenietis apud eumdem Catullum, et apud Valerium Martialem.

70. Acumen illud, de quo jam locuti sumus, in rebus, vel in verbis dicitur consistere, quamvis me non prætereat Neotericum Benedictinum Feijoo acumina in rebus posita acriter oppugnasse. Nihilominus quæ eorum discrimina sunt communiter admissa, explicabimus: si Epigramma claudat aliquod dictum acutè sententiosum quod quidem verum sit, hoc acumen vocatur in re positum: v.g. illa Martialis conclusio Lib. 5. epig. 42.

Extra fortunam est quidquid donatur amico,

Quas dederis solas semper habebis opes.

Aut clausula illa lib. 9.

Epigrammate 34.

Rebus in angustis facile est contemnere vitam:

Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

71. Præterea acumen in re itidem appellatur cum in clausula lepidè, et falsè ratio rei occultè redditur, quæ ratio potest esse vera, aut verisimilis, non tamen debet esse pervulgata, nec obvia: v.g. illud Martialis,

Nos bibimus vitro, tu myrrha, Pontice; quare?

Prodat perspicuus ne duo vina Calix.

Aut illud:

Semper eris pauper, si pauper es, Emiliane;

Dantur opes nullis nunc nisi divitibus.

72. Nec opus est ut causa, quæ redditur, semper vera sit: satis est enim quod sit verisimilis, aut probabilis, modo speciosa sit, ac rei conveniens. Exempli causa

Sixte nihil debes, nil debes, Sexte, fatemur:
Debet enim, siquis solvere, Sexte, potest
Aut illud Martialis
Quid mihi reddat ager, quaeris, Line, nomentanus?
Hoc mihi reddit ager, te, Line, non video
Sive hoc:
Hostem cum fugeret se Fannius ipse peremit:
Sic rogo non furor est, ne moriare, mori?

Sed tum clausula ingenii vires, ac opes ostentat, cum aliud quam spectabatur in ipsa dicitur; ut qui lector forte bellam sententiam divinabat, fraudatus sua opera videatur, cum, quod non spectabat, offendat, licet hoc ipsum sibi iucundum habeat, ac delectabile: ut in exemp. [illegible]: 74.

Nunquam se coenasse domi, Philo iurat, et hoc est;
Non coenat, quoties nemo vocavit eum.

Aut illud ejusdem de Septigamo
Septima iam Phileros tibi conditur Uxor in agro:
Plus nulli, ô Phileros, quam tibi, reddet ager.

Id notem, his Epigrammatis, quorum sententia est ab inspectato, locum non habere illud, quod prioribus versibus semina acuminis spargi debeant.

Ex ambigui dictis oritur acumen in versibus. Hoc in genere multus est Martialis; duo tantum apponam exempla: 75.

Hoc mihi suspectum est, quod oles bene, Posthume, semper;
Posthume, non bene olet qui bene semper olet.

Ubi vox olet ambigue accipitur, diversas significationes patit. Alterum:

Quae legis causa nupsit tibi Laelia, Quinte,
Uxorem potes hanc dicere legitimam.

Ex istis mille alia sunt, quae apud Epigrammatographos leguntur; nolui que oleum perdere, si plura colligerem.

Ad talem observes, tot talesque esse fontes acuminum Epigrammatibus, quot, et qualia sunt pro argumentis Oratoriis loca. Caetera carminum genera, quae hic solent pertractari, quidam in tractatione miscellanea, quam postremo loco collocandam mallem, exponenda reservemus: qui e graecis excelluere hoc in carmine pangendo fere innumerabiles sunt, quorum recensione supersedeo. E latinis Catullus eminuit non tam acumine, quam nativo lepore, minimeque fucata venustate. 76.

Martialis, licet ad levitatem, et amatoriam ... Catulli non accedit, [illegible]
... et ille [illegible], aliquando tamen ipse [illegible], nec minus [illegible]
... tamen sum. Pigeat, cum tot scripserit Epigrammata. Ausonius
... in plerisque Epigrammatibus, est valde expertus [illegible]
..., et ... dignus est potius qui ..., quam qui legatur: ...
... Owenus acutissimus est; sed nec stylo ..., nec ...
facilis. E nostris magno sunt in loco Bahusius, Cavilarus, [illegible]
Malapertius, et quivisque suum quoque hic gloriolam meruit, [illegible]
..., et quod mihi videtur, diu ab illo Aquino Satyrographo.

77. ## Synopsis institutionis.

Epigramma, quod idem ac inscriptio sonat, Poëma est ingeniosum,
aliquid aut mere exponens, aut deducens: non est de sua ratione ut sit
... brave, cum Poëtae Principes in contrarium habeant morem,
praesertim in historicis epigrammatis. Dicitur simplex, cum aliquid
tantum exponit: compositum, cum aliquid infert sive ... ex ...
majus, aut minus. Pars prima compositi est ..., sive ipsa expositio:
secunda ..., sive ipsa conclusio: in illa prima parte ... sunt
... cuncta, nisi Epigramma fiat ab inexpectato: major
... reservetur in finem, ipsa conclusio, si ab expositione ..., ex
... expositione infertur, et quamcunque angustiam antehabitam ...
... Sit Epigramma ... breve que, hoc est bene confirmatum ...
materia ..., et ... Acumen in re positum vel sententiam a...
fert acutam, vel causam rei latentis, sive probabilem, sive veram. Acu-
men in verbo positum in ipsius verbi ambiguitate consistit. Acumina
ex locis Rhetoricis eruenda sunt. Catullus, Martialis parte in ista e-
minent. Ausonius tamen Poëta est Chirurgicus, nam purus est stylo
et verbis est sordidus: Owenus itidem excellit, Jesuades Bahusius, Bider-
manus, Cavilarus, Malapertius, et fortassis Aquinus.

INSTITUTIO 8.

de Carmine Lyrico.

78. Ego modo cum nostro Jacobo Baldeo dicerem

Horatianam da cytharam puer
Unco refixam, parietis alteram
Vocalis argenti.................

Carmen enim lyricum ad sui tractationem Horatianam videtur ...

[illegible] in [illegible]. Si hujus Carminis ortum exquiramus originem, [illegible] vel [illegible] inveniemus certum, Stagirita dicente, Homerum, et [illegible] omnium primum natum esse [illegible]. [illegible] quidem multa [illegible] [illegible] per omnium; nescio tamen [illegible] in [illegible] habetur Princeps [illegible] patria Messanensis. Carmen hoc dictum lyricum est à Lyra, quâ frequentius canebatur, quamquam et Cythara, et tibia et [illegible] [illegible]. Carmen melicum dictum est vel ob dulcitudinem cantus, à voce meli [illegible] vel nomine desumpto; vel à voce Melos, idest, membrum quia ratione [illegible] [illegible] armoniae lyricum Carmen quasi membratim dividitur. Ide dicitur ab specie, seu forma; Ode vero dicitur à cantu. Calderinus [illegible] falsò Odas Horatianas, et qualscumque alias Cydas appellat, Autographum, et codicum antiquorum errore deceptus.

Argumentum lyrici carminis, et Deorum laudes, et Heroum comprehendit, et proprius jocos, res amatorias, et convivia; Venusino dicente: 79.

Musa dedit fidibus Divos, puerosque Deorum
Et pugilem victorem, et equum certamine primum
Et juvenum curas, et libera vina referre.

Nihilominus idem Horatius res graves tamquam lyrae impares non [illegible]

Non hec jocose convenient lyrae
Quo Musa tendis? desine pervicax
Referre sermones Deorum, et
Magna modis tenuare parvis.

Sic tandem Carmen lyricum explico: Poësis rythmica, et armonica, sono, et cantu amplificans res, et affectus imitans.

Quod ad stylum attinet, suavitas in primis servanda est, que partim resultat ex rebus; hilaritates namque, et similia sua sponte [illegible] tant. ex dictione quoque resultat, in qua multum juvant lumina verborum cum verba deceant [illegible] florida, pieta, sonora [illegible], et aliquanto [illegible], [illegible] suavitas [illegible] inimica sit majestati; Stesicorus enim [illegible] Quintilianus, maxima bella, et clarissimos canens Duces Epici carminis onera lyrâ sustinuit. Amplificationes, digressiones que ita sunt hoc in carmine necessariae, ut [illegible] alterutra [illegible] vati [illegible], et magno piaculo. 80

Varia sunt compositionum nomina, et genera. Hymnus est Carmen [illegible] Deum, etiam ex [illegible] Divos, sive [illegible] qualiumque. Pean in laudem Apollinis canebatur ad aliquod malum [illegible]. Non est in [illegible] 81.

Dei laudem canebatur, simpliciter, licet malum non esset, quod averrunca-
retur. Adonidia laudes continebat Adonis: Io-Bacchus Bacchum laudabat
et saepius Io ingeminabat. Epynicion carmen erat ob partam victoriam. Sc-
colion quaecumque ode, quae inter pocula canebatur. Parthenion cantabatur
a Virginibus. Carmen saeculare in fine cujusque saeculi concinebant. Epo-
dice alternis versibus constans, primo longiori, altero breviori. Ode postmodum
in tres divisa fuit partes, cum saltationi jungebatur: prima vocabatur Strophe,
et erat in saltatione conversio ab Oriente versus occasum, ut motum Coeli di-
urnum hac significarent conversione: secunda pars erat Anti-strophe, toti-
demque versibus, quibus Strophe constabat, et erat in contrarium conversio, ut
Planetarum motus exponerent: tertia pars erat Epodos, et tunc saltatores
consistebant, ut terrae stabilitatem innuerent. Haec saltatio triplex erat:
Pyrrhica, in qua armati juvenes saltabant. Hyporchematica, in qua salta-
bant canentes. Gymnopedica in qua nudi saltabant.

82. Ode constans versibus uniusmodi dicitur Monocolos; si duplici con-
genere Dicolos dicitur, Tricolos si triplici, si quadruplici tetracolos. Pentacolos
si constet quintuplici. Deinde si post duos diversi generis versus alterni iterum
recurrunt Di-strophos appellatur. Si post tres repetantur, similiter tri-strophos
dicitur. Si post quatuor tetra-strophos. Antiquitus omnia lyrica carmina
uniusmodi erant, ut glyconicum, asclepiadeum &. postea fuere commixta, et
in dies omnia carminum genera habebantur in usu, praeter Elegiaca.

83. Nunc de forma tractandi lyrici carminis, metrorumque ratione
aliqua intexeram, quamvis adeo liber, et audax Pindarus sit, ut de ipso canat Hora-

Numerisque fertur lege solutis.

Hic, quam late patet, carminum varietas, nobis, quibus non licet esse tandu-
tos, lege obstringenda est. Primum igitur genus dicitur Alcmanium, ab Alc-
mane Authore, sive dactylicum quod quatuor pedes habet, in quibus tres dac-
tili, ultimus spondeus, huic versui hexameter frequentius praeponitur

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mytilenem
Aut Efesum bima- ris ve Co- rinthi.

Sunt et dactilici di-metri hypercatalectici duobus dactilis et una syllaba constantes

Arbori- busque comae.

Et sunt dactilici alij longissimi quidem ab Archiloco dicti Archilochij, septem
constantes pedibus, quorum quatuor primi dactili, tres trochei.

Non decet- aut vixi- divitu- dumcaput- inge- dixe- mor...

succedit interdum Spondeus in loco dactili
Solvitur acris hy- ems gra- ta vice veris- et fa- voni.
Huic additur aliquando alter jambicus trimeter, sive sex pedu, dempta una syllaba
trahuntque sic- cas machi- nę ca- rinas
Genus alterum Alcaicorum dactilicorum, et Alcaici sunt ab Alceo dicti quatuor pedibus constant, et una syllaba, primus spondeus, aut jambus, sequitur jambus, mox syllaba longa, dein duo dactili
Æquam memen- to- rebus in- arduis
Servare mentem- non secus- ac bonis
Post duos hos versus ejusdem speciei tertio loco sequitur jambus dimeter cum una syllaba:
Ab in- solenti ti tem- pera- tam,
Quartus versus constat (et ponit ad strophę complementum) duob dactilis duob trocheis
Lętitia amori- ture- Deli.
Aliud Alcaicorum genus constat epitrito duobus coriambis, et Bacchio: et huic carmini subiungitur Aristophanicus. ab Aristophane dictus constatque dactilo, et duobus trocheis. v.g: 84.
Curtimet flavum tyberim- tangere cur- olivum.
Sanguine- vipe- rino.
Coriambicus alcaicus constat spondeo, tribus coriambis, et Pyrrhichio. v.g.
Tune- quę ieris- scire nefas- quem mihi quem- tibi.
Pherecratius nomen habet ab inventore Pherecrate, tertiamque sedem occupat in ode quatuor versuum, quorum primi Asclepiadei sunt constat tribus, spondeo, dactilo, et spondeo: 85.
O navis referent in mare te novi
Fluctus. O quid agis? fortiter occupa
Portum- nonne vi- des ut
Nudum remigio latus
De jambis, Phaleucis, Asclepiadeis, Gliconicis, grammaticę institutiões de arte metrica sat locuntur; de mensura asclepiadei tantum adda, quod prętur illam communem habet in secunda, et tertia sede Coriambos, et ideo dicitur Coriambicus, in ultima Pyrrhichium. Gliconicum coriambicum per spondeum, Coriambum, et jambum recte etiam metiemur.

ADJECTIO
de Dithyrambo.

86 Hoc carmen in honorem Bacchi canebatur, et hac de causa multa libertate, et ferè nulla metri lege canebatur, sed mille carminum generibus multoties erat admixtum. Dityrambus dicitur à nomine Bacchi, qui Dityrambos, aut Dityrambos quasi bis natus vocabatur: primum ex Matre Semele, dein ex Jovis foemore, cui assutus fuerat; unde Nymphe ipsi nascenti ex hoc foemore acclamabant lite ramma, quasi sutura solve. hic locum habent verba sexquipedalia ampullata, nova; audacias et multas acervatim carminum species. De Pyndaro Horatius cecinit

Laurea donandus Apollinari.

Sive per audaces nova dytirambos

Verba devolvit.

Apud grecos nimis fuit in usu, apud latinos non item. Ejus censentur Authores Arion, sive Phyloxenus. Galliambus proximus Dityrambo est et à Gallis in honorem Cibeles canebatur: in latinis Galli scripsit Catull.

87. E grecis eminuere in lyricis Alcman, sive sit Messanensis, aut Lydus, aut Laconus, qui lyricorum Princeps fuit, sed non tam honore, quam tempore. Stesicorus patria siculus de civitate Hymera; Sapho foemina Lesbia, Alceus huic contemraneus, ~~lybicus~~ et coetaneus. Lybicus Italus è Civitate Regio. Anacreon natus urbe Teja. Simonides in Insula Coo. Pyndarus Thebanus, quod è Quintilianus ait novem lyricorum longè Pyndarus Princeps. In lyricis Latinis Horatius lyricorum fuit, et primus, et Princeps, et unicus, de quo idem Quintilianus aiebat: Lyricorum Horatius solus legi dignus: quod quidem non diceret, si nostros Mathiam Sarbievium, Iacobum Valde, Ioannem Baptistam [illegible], [illegible] que Meyer, [illegible] in paucis diis [illegible].

Synopsis institutionis.

88. Lyricum carmen dictum à Lyra, melliceum ob dulcedinem vel ob divisionem armonicam, cithara, et tybia etiam canebatur. Ode à cantu, et sive Ode dicta ab Grecis, non tamen Cyde, ut Calderinus voluit, materiam amat jocos hilares, convivia, quandoque Herorum, et Deorum laudes: suavis sit stylus et rebus, et verbis, que historia intervenuita: amplificationes, expressionesque aretissime ibi conjunctas desiderat. varia sunt hujus carminis nomina, vel à Deo quem canebant ut Pean, vel à persona à qua canebantur. ut Parthenicon, vel ab actione, quam laudabant, ut Epinicion; vel à tempore, ut Carmen seculare.

Epodos alternis versibus constat, secundo primo breviori. Ode monocolos Dicolos, &c. dicitur, prout fuerint versuum species; Strophe idem est ac conversio, reversio, aut recursus: et sic distrophos est, si post duos diversæ speciei versus, similes alij itidem recurrunt; eademque ratio alijs in Odis extat. Dithyrambus habetur in honorem Bacchi, et à Dei nomine dicebatur, qui Dithyrambus est quasi bis natus. Galliambus à Gallis in honorem Cybeles. Novem celebres è græcis sunt Poëtæ lyrici: è Latinis celeberrimus Horatius; è nostris Sarbiebius, Validus, Masculus, divinus, utinam plura scripsisset.

INSTITUTIO 9a.

de Tragedia.

De grandiori illustriorique Poëmate modo nobis agendum est, 89.
a quo Majestatem Carminis Epici, quod attinet ad sui gravitatem, Homerus dicitur mutuatum fuisse. Circa Tragœdiæ nomen et originem variæ versantur sententiæ: aliqui hoc nomen deducunt à voce tragos, quæ significat hircum, quasi tragœdia Ode vel cantus ob hircum foret. Hircum enim donabatur in mercedem tragicæ poëseos, quod innuit Horatius cum dixit

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum

Alij à voce trix, quæ feces significat, hoc nomen gaudent deducere: prima enim tragœdiæ ætate cum ea dramata plaustris agebantur interlocutores fecibus ora conspurcabant, cujus rei aliquam etiam in Horatio invenimus vestigia cum de primo tragœdiæ Authore loqueretur

Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ
Dicitur, et plaustris vexisse Poëmata Thespis,
Quæ canerent, agerentve peruncti fecibus ora.

Quod si hæc sententia placuerit, non tragœdia, sed trygœdia, quasi trigodia vocanda est. Alij deducunt ab eadem voce trix, sed significatione diversa, scilicet cum per eam vinum novum intelligimus; namque mos quoque olim invaluit, ut Uter plenus musto antiquis tragœdiographis tribueretur veluti aliqualis mercedula. Mihi prima sententia admodum placet; vos eligatis quam malueritis.

Post Thespidem magna sui incrementa Æschilo tragœdia debuit; 90
quippe et pallam, et Cothurnum adornatum reperit; cum de ipso canat Horat.

Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Æschilus, et modicis instravit pulpita tignis,
Edocuit, magnumque loqui, nitique cothurno.

Sit vero ultimam perfectionis limam, polituramque huic Poësi Sophocles et Euripides dedere; utrerque alterutrum et alterutro et victor et victus: hic oeconomia et majestate alterum vincebat: alter et sententiis, et affectibus movendis hunc superabat: Utut res de iis se habuerit, nos ita Tragoediam definiamus. Poëma dramaticum illustrem aliquam fortunam, eamque infelicem, unica actione, et gravi oratione imitans, ad affectus animi concitandos. Nolui in definitione apponere, ut Julius apposuit Scaliger, exitu infelici; quia non est hoc differentia specifica tragoediae, cum et multae in graecis extent, quae exitum habeant fortunatissimum: non tamen negabo ut in pluximum id contingere, quod exitu infelici concludantur. Sed sive concludatur hoc, sive non, semper aliqua infelix fortuna, gravesve periculum ob oculos versanda sunt: in quo, quemadmodum et in actionibus personarum illustrium tractandis, secernitur essentialiter utraque Poëma tragicum a Poëmate comico.

91. Argumentum tragoediae suas in partes distribuitur: prima dicitur protasis, et vices prologi agit, in qua debent duo ad minus colloquentes induci, qui rem exponant, sed non totam, et integram. Secunda pars est Epitasis, in qua jam propalam aperitur totius causae summa, et incitae sunt perturbationes, atque pericula; in Catastasi tertia parte ejusdem artificii eaedem perturbationes tristitiaque mirabiliter excrescunt. Ultima pars dicitur Catastrophe, et est nodi tragici solutio, totiusque actionis exitus, atque commutatio, sive is exitus infelix sit, ut frequentius accidit, sive auspicatus, sicut aliquando evenit; qui quidem nodus potest dissolvi per meram peripetiam, hoc est per meram commutationem; sive per agnitionem potest dissolvi, cum nimirum ex notione illarum personarum, quae in decursu tragoediae infelices habebantur, neque ut tales noscebantur, felicitas oritur, et jucunditas.

92. In tragoedia praecipuas partes agunt Reges, Heroes, Principes sacerdotesque; possunt tamen induci, ubi res postulaverit, humiles personae, quae aliqualem nexum habeant cum illis prioribus. Histriones in tragoedia cothurno frequentius utebantur. Cothurno, inquam, calceamento quadrato, excelsoque, et hinc exortus est mos, ut vel metonymice, vel metaphorice Cothurnus pro grandiori stylo intelligatur; quemadmodum enim soccus, qui in re comica calceamenti erat genus ex subere conformatum, pro humiliori stylo etiam accipitur; sicut et

namque et tragœdiæ, et Comediæ multum est dissimilis; tragicus gravis, severus, sententiosus: Comicus facilis, humilis, jocosus; quod utriusque per utrumque illud calceamentum designatur.

Quocumque actu finito chorus in thymelem sive orchestram descendit, instrumentisque cantum associat; nihil certe statuitur in personarum numero, quæ chorum constituere debent: pro temporis varietate immutatus identidem fuit hic personarum numerus, quandoque in quinquagesimum excrevit; frequentius, et usitatius in decimum quintum: sed hac in re non est cur diutius immoremur. Itaque ad partes qualitatis in dramate tragico gradum faciamus. 93.

RHETORICA, quæ dicitur a verbo græco Ῥέω, id est dico, vel loquor, ab Aristotele definitur: Facultas videndi in unoquoque, quod contingat ad persuadendum conducere. Nos verò illam breviori, et clariori modo definiremus Facultas dicendi. Qua Facultas cum cæteris aliis Facultatibus confunditur: qua dicendi specialis ab aliis discriminatur: nulla enim alia est Facultas, cujus munus sit dicere, hoc est, loqui ornatè, graviter, copiosè: quod nunquam finis est Grammatices. Si verò cum et ita loqui liceat Poëtæ, non erit alia de causâ, nisi quia Poetica Ars inter species Rhetoricæ venit meritò recensenda.

2. Nolui Rhetoricam dicendi Artem definire, ne [illegible] [illegible] manceam definitionem excuderem. Ars enim Rhetorica tan-
rùm

tùm agit de internâ sermonis ornatu, non item de externâ, quæ est eloquentia Oratoris actio, et fortasse accurata pronunciatio: nec agit de inventione argumentorum, quæ ad persuadendum sunt apta: nec de eorum dispositione œconomicâ: quæ omnia complectitur Facultas Rhetoricæ, vel Oratoria, quæ dicitur Eloquentia. Quam enim [illegible] non [illegible], quàm Facultas dicendi necessaria est.

3. Consultò non additur in definitione appositè ad persuadendum, quia meo quidem judicio persuadere non Facultatis, sed Orationis est finis: et hoc Aristotelica definitio videtur innuere. Finis autem Facultatis Rhetoricæ est dictio gravis, ornata, copiosa, vividа, [illegible], faceta, [illegible], amœna, et cætera id genus. Si ipsius dictionis materies, proxima quidem, voces sunt, ex quibus orationes efformamus; materies erit remota res quælibet, quam sibi Orator proponit, ut eloquio versetur.

4. Ea ipsa res, circa quam Rhetorices oratio versatur, materia solet appellari: et dicitur quæstio infinita, seu Thesis, propositio, sive consultatio, si generatim, et abstractim à circumstantiis inquirat; v.g. An sit viri gloriosum oppetere pro Patriâ? Quæstio dicitur Hypothesis, seu quæstio finita, controversia, sive causa cum speciatim, nec præcisè à circumstantiis interrogat; v.g. An [illegible] prudenter se interfecerit?

5. Quæstio illa infinita, seu Thesis est propria quidem Rhetoricæ materia; at ipsa quæstio peculiaris, seu finita est illius materia maximè propria. Notandum tamen Oratori ascendendum esse à quæstione finitâ, seu Hypothesi, ad quæstionem infinitam, seu Thesim, ut rem, quam assumit probandam, latius percurrat: v.g. si [illegible] crudelitatem [illegible], [illegible] in communi disserendum, ut postmodò in rem sic propositam acrius, et vehementius invehatur.

6. Tria porro sunt dicendi genera in causa, seu quæstione finita. Demonstrativum: et est illud, quo laudamus, vel vituperamus; quod etiam dicitur Exornativum, Encomiasticum, Epidicticum. Aliquibus hoc genus Demonstrativum est appellatum,

seu

eo quod in eo demonstrentur virtutes, ac vitia; sive quod in hoc potissimum Orator vim suam ostentet. Quapropter Raphael Regius id genus Ostentativum melius, quàm Demonstrativum indicat appellari.

7. Secundum dicendi genus est Deliberativum: illud scilicet, quo aliquid suademus, dissuademusve. Hoc etiam dicitur Suasorium, aut Dissuasorium, Symbouleuticon, sive Consultorium, Ecclesiasticon, sive Concionale. Tertium dicendi genus est Iudiciale, sive Dicanicon, quod Contentio quoque causarum dicitur, et est illud, quo aliquem accusamus, vel defendimus.

8. Genus Iudiciale circa tempus praeteritum versatur: Deliberativum circa futurum: circa praesens Demonstrativum. Ultimum tamen hoc aliquando futurum assumit, ut cum eventura conjicit; vel assumit praeteritum, ut cum aliquorum facta commemorat: at tempus praesens peculiare sibi est, et illud principaliter tractat. Iudiciale aliquando in futurum se fertur; quomodo Catilina est accusatus de proditione, quae accideret, ni conjuratio detecta foret. Deliberativum etiam tempus praesens, vel praeteritum assumit, at utrumque referens ad futurum.

9. Alia alii dividunt genera, quae ad ista haec, velut ad prima capita reducuntur. Neque enim audiendus est Marc. Antonius Muretus, qui Catilinarias Ciceronis orationes ad nullum è tribus assignatis autumat pertinere. Interim vero manifesto scitur in hoc triplici dicendi genere recessum fieri posse à quaestione finita ad infinitam. In Deliberativo. v.g. Si quaeres an urbs Cracovia cingenda sit moenibus? illud similiter poteris, an utile sit cingi moenibus urbes? In Demonstrativo. v.g. Si prudentiam Philippi II laudes, tum deducas ad thesin, id est, ad generalem prudentiae commendationem. In Iudiciali. v.g. si inquiras, an jure Petrus Ioannem interfecerit? ad quaestionem infinitam, seu thesin te conferas; scilicet an liceat homini hominem interficere?

10. In utrocumque ex istis generibus Oratio habeatur, ad Oratorem spectat res invenire, inventas disponere, dispositas exornare, exornatas memoriae mandare, mandatas apte pro-

pronunciare, pronuntiatas actionis energia velut iterum animare; ut dicat, seu, quod idem est, bene dicat orator, quod finis est Rhetorices: ut dicendo, seu benedicendo persuadeat, quod orationis est finis.

11. Et en jam partes Rhetorices enumeravimus. Hae autem quatuor sunt Inventio, Dispositio, Elocutio, Actio. Nam memoriam Joannes Gerardus Vossius merito a ratione partis removet: cum quae memoriam juvant, ad aliam artem, quae Mnemonice appellatur, pertineant. Ac eadem de causa nec ut actam Pronuntiationem in Rhetorices partibus numerandam censuerim. Pronunciatio enim recta potius ad Grammaticam pertinet, cum illius partes Prosodia, et Orthographia juxta proprium uniuscujusque idiomatis dialectum id muneris [illegible].

12. Displicet etiam Franciscus Sanctius Brocensis, qui Elocutionem tantummodo et Actionem partes esse Rhetorices censet. Ego vero in eam via dumtaxat non alias, Inventionem esse Rhetorices partes nisi quatuor illas: adeoque pronunciationem, et memoriam, quidem esse dicendi adjumenta, a Rhetorica ex aliarum facultatum scientiis mutuo accepta. Quare ad operis calcem Tractatum adjiciam de hoc duplici adminiculo Rhetorices Pronunciatione, et memoria, postquam de quatuor ejus Partibus totidem discussionibus egerim. Sit ergo

DISCUSSIO I.

de Inventione.

INVENTIO oratoria est argumentorum excogitatio, argumentorum, inquam, quae sint idonea, ut dicenti persuadeant id quod ad persuasionem [illegible]. Materiae autem [illegible] vera, quae vocatur argumentum, hic illius explicandi facultas, ac dicendi vis, argumentatio dicitur. Argumentum est, ut Tullius ait, probabile inventum ad faciendam fidem: argumentatio vero ejusdem rationem vero similiter comprobare: Argumentationis autem exprimere, et affectus movere.

14. Argumenta alii dicuntur insita, aut assumpta, vel con-

interna; aliis dicuntur artificialia, inartificialia, seu externa. Insita sunt ea, quae ex ipsa, qua tractantur, harum insita sunt, ac velut in ipsarum visceribus continentur. Externa sunt, quae aliunde petuntur, et extrinsecus accersuntur. Exempli ergo: Si hominem laudes a nobilitate sua, argumentum erit insitum: si a fortuna magni viri laudes, remoto utroque argumento.

15. Primus argumentorum insitorum locus Definitio est oratio explicans essentiam rei. Ex definitione, rhetoricam utilem esse sic probes. Facultas dicendi est utilis; ea est Rhetorica; utilis ergo manet. Habes exemplum Definitionis apud Tullium Philippica II ita pacem definientem, et servitutem: Pax est tranquilla libertas; servitus malorum omnium postremum, non modo bello, sed etiam morte repellendum.

16. Loci sive sedes argumentorum dicuntur promptuaria quaedam, ex quibus probationes, quae ad rem faciunt, deducuntur. Pro argumentis insitis sexdecim sunt loci oratorii, Definitio, Enumeratio partium, Notatio nominis, Conjugata, Genus, Forma, Similitudo, Dissimilitudo, Conjuncta, Antecedentia, Consequentia, Contraria, Repugnantia, Causae, Effecta, Comparatio.

17. Nec hoc vos lateat, Rhetoribus nomen Definitionis non tantum definitionem propriam, quae rei naturam explicat, sed et interpretationem, quae Declaratio nominis dicitur, et descriptionem comprehendere, quae rerum accidentia luculenter exponit. Huc faciunt omnes rerum descriptiones, quas apud Oratores, et Poetas passim offenderis: quae universim vel sunt locorum descriptio, et dicitur Topographia; vel est descriptio temporum, quae dicitur Chronographia; vel Prosographia dicitur, si sit descriptio personarum. Quod Definitionis argumentum ingens existimatur, ac perpulchrum, si dialectico, ut ita loquar, laconismo non coerceatur, sed magnifica quadam, ac perampla periodorum, ac verborum ubertate decurrat, exuberetque.

18. Secunda argumentorum sedes Divisio, seu

par-

partium Enumeratio est totius in suas partes distributio. Ciceronē audite pro Lege Manilia; ubi per enumerationem partium sic o-quitur: Ego enim sic existimo in summo Imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Huc pertinet Martialis illud:

Dat Populus, dat gratus Eques, dat thura Senatus.

Et quod majus est, huc etiam spectat par carmen, quod de Divo Thomā Aquinate cecinit P. S. Emmanuel Padial Baeticae Provinciae, quin et universae Societatis immortale ornamentum

Divinum monstrum est Thomas: res quatuor unus:
Angelus est, mutus bos, sol, ales, homo.

19. Multimodis argumentum ab Enumeratione partium expediri potest. Si partes omnes enumeres, ut totum affirmes: v.g. Est animal, est rationale, erit itaque homo. Si neges omnes partes, ut totum neges: v.g. Cum nec rationale, nec animal sit, homo non erit. Si tandem neges alteram ex partibus, ut totum neges: Exempli causâ: Cum animal non sit, proinde homo non erit. Si vel duas partes rejicias, et unam tantum assumas: v.g. Ex triumviris nec Lepidus, nec Antonius obtinuerunt imperium, sed Octavius.

20. Tertia sedes est Notatio nominis, sive Ethymologia, quae cùm significationem verborum, tùm inquirit originem: v.g. Januarius à Janô, Majus à Majoribus, Junius à Junioribus, Consul à consulendo. Hac super re acutum est illud P. Porrei epigramma de vocis honor ethymologiâ:

Divitias, et opes HON lingua Hebraea vocavit,
Gallica Gens aurum OR: indeque venit honor.

et illud ejusdem.

Dens, quasi dicens edens, lingua à [illegible] vocatur,
Traxit ab officio nomen uterque suum.

In laudem Herois maximi Principis Eugenii à Sabaudiâ hoc ego quatuor ab hinc annis epigramma confeci:

Eu bonus est Graecè, genius Latio: utrumque
Nomine, vel gestis praestitit Eugenius.

Sci-

Scilicet imperium servavit Marte secundo:
Ille tibi genius, Carole Sexte, bonus.

21. Quos hucusque tres argumentorum locos recensuimus, [illegible] [illegible], et quidem [illegible] exhibent [illegible] [illegible]. Tredecim vero, qui sequuntur, non item, sed partim tantum vel aliquid, quod ad rem spectat, seu quadamtenus ipsam afficiat, exprimunt. Quos explanamus jam.

22. Quarta sedes argumentorum insitorum Conjugata: quae, cum ab eadem radice oriuntur, et eadem fere significant, aliter et aliter tamen terminantur: ut sapiens, sapienter, sapientia. Ad exemplum: Si Christianus es, Christiane vivas: [illegible] illud: Malo male pendet hic facit: et carmen illud

Non bona tam pensat, quam bene facta Deus.

Huc ergo refer, quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] Praestat te [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] aulas,
Aula minor Roma, sed major [illegible] [illegible].

23. Quinta sedes est Genus: estque illud, quod duas, vel plures sub se species, vel res continet, quae in ipsius generis nomine conveniunt. Sic virtus Genus est ad virtutes omnes: sic homo ad Tullium, ad Virgilium, ad Plautum: sic Facultas in notione [illegible] genus est ad Grammaticam, ad [illegible], ad [illegible] [illegible].

24. Hujus argumenti tota vis in eo posita est, ut quidquid negatur, aut tribuitur generi, negetur, aut tribuatur speciei, sive rei sub illo contentae: v.g. [illegible] [illegible] [illegible], intelliges: neque [illegible] [illegible] [illegible] illum intemperantiae [illegible] ebrietatem negare [illegible]. Si [illegible] [illegible], genus [illegible] necesse est: v.g. Est leo, ergo animal. Si omnes species rejicias, genus pariter e medio tolles: v.g. Neque terrestre, neque aquatile, neque volatile animal est: ergo animal non est. Per[illegible] [illegible] generis exemplum exhibet Cicero in [illegible] quam orationem prae manibus habeas, et modo exponimus: ubi [illegible]

quid

[illegible] eliminando [illegible], maxime [illegible] [illegible]rem occidere contendit.

25. Sexta sedes est Forma [illegible] Philosophis Differentia dicitur, nempe ratio illa, qua communiter a ceteris differentiam, [illegible] que sub ratione generali continetur. [illegible] habet Genus ad rationem hominis: homo ad rationem animalis: animal ad rationem viventis: Sic Rhetorica ad rationem Facultatis. Hoc enim modo [illegible] in forma argumentum conficies: Rhetorica ediscenda est: Rhetorica est facultas, ergo facultas ediscenda est. [illegible] argumentum a forma [illegible] quae ornare exemplis [illegible] generalibus [illegible] [illegible]. Cicero IIº de Natura Deorum: Dii praesentiam suam [illegible] hominibus, ut Castor, Pollux, Fauni.

26. Septima est Similitudo, nominum ratio illa traducti ad aliquam rem aliquid simile ex [illegible]. Sit exemplum illud Oweni

Principium dulce est, at finis amoris amarus,
 Laeta venire Venus, tristis abire solet.
Flumina [illegible] sic in mare dulcia currunt.
 [illegible] [illegible], amara [illegible].

[illegible] similitudinis [illegible] meum illud, quod de Magno Duce Gonsalvo Fernandio disthichon lusi

Quartana occubuit Magnus Dux febre laborans,
 Haud aliter potuit fata subire Leo.

argumentum [illegible] [illegible] periculo ad [illegible], [illegible] ad [illegible]: Nam argumentum, quod hinc [illegible], [illegible], [illegible], [illegible] imbelle sine [illegible]. Quare similia in locum a [illegible] sunt merito [illegible] doctissimus [illegible].

27. Similitudo potest esse parabola, exemplum, vel inductio. Parabola est verisimilis narratio ad rem [illegible] accommodata [illegible] convenientiam, quam habet cum [illegible]: Exemplum est [illegible] confirmatio, rem facto alterius, cum [illegible]: Inductio est [illegible] multarum rerum similium, ut [illegible] concludatur [illegible] illud

Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
 Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,

Tu

Tu decus omne tuis

28. Octava sedes Dissimilitudo est illa quâ ex re dispari aliquid colligitur dispar: seu dissimilitudo [illegible] in analogia comparatione [illegible]. Exemplum sit Epigramma P. Lejai de quodam Nævolo deformi, qui speculo delectabatur,

Quid tibi cum speculo? Speculum fuge Nævole; namque
Tristia Narcissi nil tibi fata times?
Namque sui quondam ut periit Narcissus amore,
Ni caveas, odio sic periere tui.

29. Nona, decima, undecima sedes argumentorum posita est in Conjunctis et Adjunctis. Hæc sunt comitantia, quæ antonomasticè dicuntur Adjuncta, Antecedentia, Consequentia. Adjuncta seu comitantia sunt eæ circumstantiæ, quæ semper, aut ferè semper rem comitantur: et omnes trito illo versiculo continentur:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando!

Audacius procedit in Quintiam hypocritam ab adjunctis

Docta, decens, juvenis, formosa, pudica, benigna.
Quintia, si non sis ambitiosa, bona es.

30. Antecedentia sunt eæ circumstantiæ, quæ rem præcedunt; quas inter censentur Causæ, Consilia, injuriæ illatæ, seu acceptæ, consuetudo, minæ, susceptum iter, et quidquid denique viam sternit, et apparat ad rem. Optimè enim inferes Verrem nihil non improbè facturum, si renunciaretur Consul: Fuit perfidus Quæstor, Prætor injustissimus, avarissimus Siciliæ Præfectus: ergo si Consul fit, Consul erit injustissimus. Argumentum ab antecedentibus sumit meum Epigramma de quodam Medico Franciscanum saccum induto

Defunctos tegitur Francisci sæpè lacerna,
Cur eodem Medicum sacra Lacerna tegit?
In promptu causa est: Medicus malè nuncius ægris
Vulneribus interitum præmonet ille suis.

31. Consequentia sunt eæ circumstantiæ, quæ rem verosimiliter, aut probabiliter subsequuntur, ut Pallor, Rubor, incessus titubans, tremens anhelitus, apprehensio publica, hæsitatio, ex[illegible] [illegible]

nium

nium, verbi, ... cruentus, ..., similiaque. Qui hunc locum ar-
gumentum à consequentibus effornarunt qui ad D. Petrum in atrio Ponti-
fici accesserunt dicentes: Verè tu ex illis es, nam loquela tua manifestum te
facit. Simile in re simili, vel eadem Sulmonensis noster tradet exem-
plum, quando facinus suum Poeta ipse de se loquitur:

Protinus ut tepidas haec vox mihi perculit aures,
Pallor in attonito plurimus ore fuit.
Ille refutabat linguae mendacia vultu,
Plus propè me pavido prodidit ille sono.

32. Hactenus verba feci de Antecedentibus, aut consequentibus, quae ut in plurimum rem praecedunt, aut subsequuntur. Quod si necessariè praecedant, aut subsequantur, vix argumentum validius invenitur: v.g. Qui vivit homo, is emorietur: Qui moritur, vixit. Quo pertinere videtur Severini Boetii illud

Constat aeternâ, positumque lege est,
Ut constet genitum nihil.

et meum illud de die Cinerum Bacchanalia, carnes quas tollendas vulgò vocant.

Post carnem sequitur cinis, illo tollitur illa,
Vertitur in cinerem, Posthume, cuncta caro.

33. Duodecima sedes sunt Contraria. Haec sunt opposita sub eodem genere posita. Contraria vocantur Adversa, quando sub eodem genere posita quam plurimum distant, et ad invicem ab eodem subiecto se expellunt: ut Desidia, et Sedulitas; amor, et odium; Calor, et frigus. Usus erit: vitium est odio habendum, ergo virtus est amanda. Contraria dicuntur relata, quando tali nexu vinciuntur, ut alterum nequeat intelligi sine altero: v.g. Pater, et Filius; Dominus et Servus; Creans, et creatum; Magister, et Discipulus. Exemplum vobis sit hoc meum

Discite: me vestrum facietis discendo Magistrum.
Si non discatis, numne Magister ero?

34. Contraria dicuntur etiam Privantia. Privantia sunt, quae opponuntur: ut res, et ejus privatio: v.g. Vita, et Mors, quae est privatio vitae: visus, et caecitas, quae est privatio visus: lux, et te-

ne-

causâ, ut domus ab Artifice. Effectus causæ Materialis est, qui ex ipsâ materiâ prodit; ut pictura est effectus materialis colorum. Effectus causæ formalis ea est intrinseca actio, quæ à Formâ procedit; sic formalis animæ rationalis effectus est constituere hominem rationalem. Effectus causæ Finalis est, quodcumque eligitur, tamquam unice ad finem obtinendum: ut illa nostri heberni Philomusi studio à Jesuitis frequens erat finalis scientiæ, quæ ibi juvenes acquirendam proponit.

43. Affirmato Effectu, Causa affirmatur; negato, negatur. His omnibus exempla habete: Datur Statua lignea, ergo et lignum. Urbs constructa, ergo fuit qui construeret. Homo, qui rationalis est, ergo datur ea, quæ rationalis est. Parantur omnia media ad Finem obtinendum; ergo obtinebitur Finis. Quæ Effecta si neges, negabis et causas, saltem respectivè ad illa Effecta.

44. Decima sexta postremaque argumentorum istorum sedes est Comparatio: et est ratio illa, quâ duo, pluresve inter se res conferuntur. Sed ea collatio poterit esse majoris cum minori, minoris cum majori, paris cum pari. Et hoc est discrimen Comparationis à Similitudine, quod Comparatio majoritatem, inferioritatem, aut æqualitatem accendeat; Similitudo non item. A majori ad minus Comparationis est argumentum illud Virgilianum

O passi graviora, dabit Deus his quoque finem.

45. A minori ad majus deducitur argumentum, quando ex minus verisimili, aut probabili magis verisimile, aut probabile deducitur: v.g. Si Dux Montemaiius Vimentino pulso octo Hispanorum millibus Teutonum copias profligavit, idem totâ millium manu procul dubio perageret. A pari ad par argumentum conficies: v.g. Hac ad astra iverunt quotquot iverunt, ergo et hac ad astra nos ire poterimus.

46. Et jam argumenta remota, assumpta, seu extrinsecus petita nos vocant. Ea omnia in Leges, seu Præjudicia, Tormenta, Famam, Tabulas, Testes, et Jusjurandum dispertimus. Argumentum confirmatur à Lege, si Leges esse nervos Reipub., fundamenta regnorum, pacis securitates ostendas: si à Legumlatoribus eas commendaverse-

se-

tis: si per amplificationem, quasi in proratulo, propemanter recumuntur: si ex earum violatione exoriuntur. Locus à Lege refutatur, si demonstretur humanam legem ad hominis arbitrium mutari posse, vel finem Legis defecisse; aut aliquid in Lege iniquum detectum fuisse, sive legem Legi opponi, aut necessitatem fuisse contra Legem agendi.

27. Fama, seu rumor, vox est communis sine certo autore dispersa, et pervagata. Hunc locum probabis hoc modo; scilicet magnam vim habere vocem illam, quæ, tamquam certa, ore in omnium versatur, siquidem vox Populi vox Dei. Locum refutabis à Fama, si ostendas rumusculos hos ortos esse sermones, qui tantummodo vilem apud plebeculam valent: si rationes afferas, quibus famam falsam esse convincas.

28. A Testibus fit argumentum, si hominem, qui rem testatur, veracissimum esse ostendatur: v.g. Cato dixit, ergo verum est. A Tabulis constituitur argumentum, si ex litteris aliquibus, et singraphis propriis manu illius crimen detegas, ac confirmes, sive quamcumque aliam rem ex ipsius scripto comprobes. A Tormentis probationem deduces, si memoraveris Ioannem Sylvium examinem, et dilaceratum odio cum in Philippum IV Hispaniarum Regem vera illum non exuisse eo, quod inconfessus tot, et tantis cruciatus pertulisset.

29. Iusjurandum est affirmatio, vel negatio alicujus religiosis cærimonijs peracta. Confirmabis hunc locum, nam promissa, quibus quis Deo se obstrinxit, debent inviolata manere: idque à minori ad majus, cum nefas sit pacta consenta vel cum hominibus violare. Etiam confirmabis, si pœnas, quibus perjuri exponuntur, enumeres: si tum probum, tum mille auctoritatis decoratum virum, qui Iusjurandum emisit, demonstres. In Iurejurando Romanorum formulæ erant hæ: Si sciens fallo: Ita me Diespiter: salva urbe hac, arceque: et bonis me dejiciat: et ego hunc lapidem jacio: Me hercle: Me Castor: Me Pollux: Epol: Edepol, Eiuno, Ecere, Equirine, Medius Fidius, quasi jurisjurandi formulæ huc pertinent.

30 Hic locus refutatur, si jusjurandum vel legibus, vel alicui ex juribus opponi; vel si rem, quidè agitur, in Iurejurando non contineri, nec hanc fuisse jurantis mentem, vel jusjurandum

dum consilium ex iracundia, ingratitudine, aut extra locum ostendi-
vit. Pro confirmatione facit locus ille Tullij in Balbiana: Qui semel
pejeravit, ei credi postea, etiam si per plures Deos juret, non opor-
tet. Pro refutatione ejusdem illud Lib. III de offic. Non enim falsum
jurare, pejerare est, sed quod ex animi sententia juraris, sicut ver-
bis concipitur, id non facere, perjurium est.

51. Praejudicia in locum a legibus ducimur. Attamen pro his Praejudicijs singulare hoc comicum exemplum: Qui semel homicida fuit, cur semel non adibit suspendium? Et haec pro Inventione Rhetorica sufficiant. Ego autem, qui in Rhetoricis Tullium solum Praeceptorem habens, studio augere, ut argumenta inveniatis, et meo, et vestro Praeceptore dicente: Quaerite, et invenietis.

Adjectio de Argumentatione.

ETsi moris apud multos sit de Argumentatione tractare in Inventione, ego tamen satis duxi de illa, cum de Elocutione agerem, agere: quod eo lubentius faciam, cum mirabilem illum Aristotelem, quem in Rhetoricis, quoad potero, velut paradigma sequar, ita fecisse perspicio.

DISCUSSIO 2.ª
de Dispositione.

ALTERA ex partibus, quas in dispositione Rhetorica, est Dispositio. Dispositio est idonea collocatio partium orationis et ut ita dicam, illa facit, quod in oratione singula quaeque locum teneant sortita decenter, vel ut magis quaeque ad juncturam suam. Dispositione namque cavetur, ut sit quaedam cuivis commixtorum illa confusione, quam de Chao narrat Ovidius, quando quae erat et tellus illic, et pontus, et aer. Dispositio alia est verborum, quae dicitur Syntaxis: alia est rerum, quas agimus, et dicimus Oeconomia. Dispositionis Rhetoricae partes sunt Exordium, Narratio, Propositio, Confirmatio, Confutatio, Epilogus, sive Peroratio.

53. Hae partes in oratione eum habebunt ordinem, quem a nobis enumeratae habent in charta. Hic ordo, qui naturalis

dici-

[illegible], et hoc carmine comprehenditur

Exorsus, narro, seco, firmo, refuto, perori.

namque ante rem aliquid dicimus, et tunc Exordium facimus: dehinc rem narramus: postmodo statum orationis proponimus, secamus, aut dividimus: inde rem ratione corroboramus, sive confirmamus: post adversaria tela infringimus, aut refutamus: tandem orationi colophonem, seu finem imponimus, et peroramus. Sed hic naturalis orationis ordo est, ex arbitrio oratoris prudentia, si res postulat, aliquando commutari debet.

54. Eo tendit tota vis Exordii, ac energia, ut Orator sibi comparet auditores benevolos, attentos, dociles. Benevolentia in auditoribus multimodè comparatur: à personis, et à rebus. Comparatur benevolentia à persona dicentis, vel à persona, pro quâ dicitur, quamvis [illegible] [illegible] dicat Orator: comparatur benevolentia à re, hoc est, à causa; et eo modo captabimus, si nimirum causam nostram [illegible], et adversariorum causam deprimimus.

55. Promissio, et rogatio auditorum animos reddit benevolos, attentos, dociles. Promissione redduntur attenti, cum principio spondeat orator se dicturum de magnis rebus, mirabilibus, novis, [illegible], gravibus, ad Religionem spectantibus, vel quemadmodum [illegible]. Rogatione redduntur attenti, cum rogat orator, ut per [illegible] temporis spatium faciles, arrectasque aures sibi dent. Docilis redditur auditor iis omnibus, quis redditur benevolus, et attentus; et maximè, si perspicue, ac distinctiùm orationis nostræ indicemus scopum.

56. Exordiorum loci in genere Demonstrativo sunt [illegible]: à Laudatione, Vituperatione, Suasione, Dissuasione, [illegible], [illegible] ad auditorem pertinent. In genere Judiciali sunt quatuor: scilicet Persona Rei, Adversarii, Auditoris, et ipsa res. In genere Deliberativo quinque itidem sunt: Primus est ob personam Oratoris, vel Rei, scilicet depellendo crimen: secundus ob personam Adversarii, scilicet criminando: tertius à re, quam magnam auditores habere volumus, [illegible] amplificamus: quartus est à re, quam parvam haberi volumus, et illam diminuimus: quintus denique locus est ab ornatu.

57. Exordium suas virtutes habet, ac vitia. Peccant Ex-

ordia, uti nasus peccat in corpore tum quantitate, tum qualitate. In quantitate erit observandum, ut sint mediocria. Cum enim Exordium definiatur Prima orationis pars, quae auditorem animum praeparat [illegible], ac emulcet ad reliquam dictionem audiendam; et si Exordium operis aditus, quasi facies, et fronti [illegible], quid [illegible], quod vestibulum sit aedibus protensius, sive quod exordium nimis longum sit, et reliqua oratione diffusius? In qualitate Exordiorum [illegible], ut sint rei accommodata, propriaque: scilicet e re nata, et nequaquam vulgaria, quae quasi equus conducticius, cuicumque rei adaptentur, vel causae.

58. Adhuc: Debent esse propria, non communia vel ipsis adversariis: nec tantum curandum, ne sint communia, sed ne sint commutabilia, hoc est, quae adversarius ad suae causae utilitatem quam facillime possit detorquere. Curandum deinde ut exordia sint ex visceribus causae, atque orationis deducta, non separata, neque longius petita. Sed hoc, quod sint ex visceribus causae, primum habet locum in genere Deliberativo, et Judiciali: At in Demonstrativo non ita constanter res se [illegible]: nam Hippocrates, cum de encomiis diceret Helenae, principio a vituperatione Sophistarum auspicatur exordium, nec tamen commune [illegible] inter, et Helenen. At si meo judicio, carissimi Alumni, acquiescitis, cum temporis decursu, ut munus erit vestrum, oratores facturi eritis, quacumque in oratione ex ipsius visceribus omnia exordia deducite.

59. Exordium certe est, quod primum in oratione dicitur, at debet esse quod postremum efficiatur. Ita enim, quid ad rem sit magis conducibile, et aptum, perspici potest. Quo facto hic exordii vitia [illegible] vitabimus. Quid? [illegible] Tullium audite Romanae eloquentiae Principem: His omnibus rebus consideratis tum denique id quod primum est dicendum, postremo soleo cogitare, quo utar Exordio: nam si quando id primum invenire volui, nullum mihi occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut vulgare, aut commune.

60. Secunda Dispositionis pars est Narratio, quae definitur: Rerum gestarum, vel quasi gestarum utilis ad persuadendum commemoratio vel expositio. Tres enumerantur Narrationis conditiones, brevitas nimirum, perspicuitas, et verisimilitudo. Brevitas, ut talis

sit,

sit, ut Rhetoricè nuda non videatur ornata: brevitas, inquam, in quâ nihil desit. Hanc qui non benè callet, et ad Regulas brevitatis exponit, errat quidem et sibi Horatianum illud potest decantare:

.....................Brevis esse laboro

Obscurus fio.

61. Brevis erit Narratio, si non Trojanum bellum geminò ordiris ab ovo: hoc est, res gesta altiùs ab origine non repetatur. Si quae non juvant, non dicas, si semel dicta non dicas, si quae dicas, nullis ambagibus, et circuitionibus dicas, si tantum, quod res postulaverit, dicas. Perspicuitas Narrationis servabitur, si servetur rerum ordo justus, et temporum, si verbis abstrusis, et implicatis res non obscuretur, sed verbis usitatis, et proprijs exponatur, si narratio tam sit benè distincta, ut circumstantias omnes locorum, personarum, temporum, causarumque minimè confundat.

62. Verisimilitudo in Narratione servatur, si quod natura rei, mores hominum, et opinio illi postulat, enarremus: si consiliorum causae aperiantur, et ratio rerum videatur exposita: ita tamen, ut nihil sit, nil dicatur, quod sine causa rationeve dictum existimetur. Haec incredibilia in Narratione vitemus, quae quamvis reapse extiterint, quia tamen non frequenter usu veniunt, fidem superant auditorum, et à semitâ verisimilium exorbitant: quod de suis malis accinebat Ovidius:

Multaque credibili tulimus majora ratamque,
Quamvis acciderint, non habitura fidem.

omnia tandem, cum narramus, debent admodum cohaerere, nè mendacij arguamur.

63. In genere Demonstrativo totus ferè orationis contextus narratio est: in quo laudis, vel vituperationis genere non multum interest, quod ordinem temporis non servaveris, nisi forsitan agas [illegible]. In Deliberativo vel nullum habet locum narratio, vel si aliquem habet, brevissima debet esse, quia cum eo tendat, ut doceat, qui audiunt, jam edocti fuerint, et benè calleant, quid super re agatur, narratio tunc [illegible] [illegible] caret. In Judiciali autem semper Oratori utendum est asseveratione, qua sibi de veritate facti se praebeat auctorem, si aliter et judices manebunt dubij, et ipsi nullam adhibebunt fidem.

64. Propositio, tertia Orationis pars, id habet muneris, ut ponat ob oculos, quem in scopum collimatur oratio, seu quid sit id, de quo toto orationis decursu agendum sit, et in quod Orator dirigat animum. Propositionem vocant etiam Praeconfirmationem, Expositionem, Promissionem. Propositio est Virgilianum illud:

Arma, virumque cano, Trojae qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Laviniaque venit
Littora.

Propositio et Claudiani illud:

Inferni raptoris equos, afflataque curru
Sidera Taenario, caligantesque profundae
Iunonis thalamos audaci promere cantu
Mens congesta jubet.

At vero si quod dicendum est, simplex duntaxat, et unum non sit, sed propositio multiplex statuatur; et Partitio, seu Divisio dicitur.

65. Partitione erit utendum, quando causa est continens, similium in aliquibus cum adversario convenientes, vel quando est longa, vel obscura. Partitio debet esse plena, et plana. Plana, ne nimia obscuritate auditoribus fiat impervia, et quod, ut lucem adferat, est institutum, ipsa tenebricosa involvat caligine: plena, ut nihil eorum praetermittat, quae insunt in causa. Tria quoque sunt partitionis requisita, scilicet brevitas in rebus, paucitas in generibus, seu membris divisionem constituentibus, absolutio denique, et adaequatio in toto, quod dividitur. Si si aliquod divisionis membrum alias in partes dispesci exigat, hae commodiori loco reserventur, nec statim partitioni primariae subjiciantur; ne divisionum multitudo confusionem pariat, captumque auditorum pervertat, dum eorum memoriam maximopere gravent.

66. Confirmatio, in qua totus est positus rationum nervus, est Exhibitio argumentorum, quibus quis quod probandum assumpserit, stabiliat, ac roboret. Refutatio, seu confutatio est Argumentorum Adversarii solutio, ac veluti obturatio. Quemadmodum Confirmatio eum in scopum tendit, ut argumenta, quae pro re nostra faciunt, expromat; ita Refutatio hoc sibi proprium vendicat, ut adversariorum ra-

rationes, et tela hebetet, ac exarmet: utraque verò, confutatio scilicet, et confirmatio uno Contentionis nomine comprehenditur.

67. In Confirmatione maximè est observandus argumentorum delectus, et recta, quâ proponenda sunt, methodus. Validiora argumenta principio collocanda sunt, ut auditori probationis avido, simul ac et enarrationem, et probationem audivit, morem geramus. Plurimæ etiam firmitatis debent esse argumenta, quæ in fine afferenda sunt, quia quæ postrema dicuntur, diutius in animo inhærent, sedentque altâ mente reposta: atque infirmiora sunt argumenta, medium locum obtineant, ut quod robur ex se non habent, validiori argumentorum manu ante, retroque stipata velut acquirant: neque congeratur rudis, indigestaque moles, ac confusus argumentorum cumulus: hoc enim oratoris majestati multum officeret, et salebrosas scholasticorum saperet argutias.

68. Trifariam res quælibet in dubium revocari potest: An sit? Quæ sit? Qualis sit? Et pro triplici dubio triplex dein efficitur status. Nam si non constat rem esse, et quæratur an sit? status dicitur conjecturæ: Si constet rem esse, et quid sit, dubitetur, dicitur finitionis status: Si constet, quod sit, et quid sit, quæratur verò qualis sit: status dicitur qualitatis. Tum existentia, tum quidditas, tum qualitas rationibus congruis confirmanda sunt, et quæ cuique ex iis statibus magis conveniant.

69. Deinde: argumentis non utendum futilibus, nec periculosis, iis scilicet, quæ facilè in te contorqueat adversarius; neque quæ adeò nota sunt, ut indigeant probatione; hoc enim esset, ut ajebat ille, in meridie soli faces afferre. Tandem cum pathetice affectus movendis incumbimus, tunc opus est, ut argumentis abstineamus.

70. Modis quàm plurimis Refutatio exerceri potest: vel aliquid contra argumentum objiciendo, et hanc invalidam ostendendo; vel infirmando id, quod adversarius ad probandum affert; vel negando, quod ex illo consequatur id, quod adversarius intendit. Prima efficax quidem, solvendi ratio est, quæ et Violatio dicitur; v.g. si te probet homicidam, nec dicet in te alias: Interfecisti hominem, nam id tibi interfectio: et tu respondendo, vim infringas: imò non occidi; quia si occidissem, statim pœnas me commisissem.

Per-

Peroratio, ultima Dispositionis pars, quam etiam vocant Cumulum, Conclusionem, et Epilogum, est Artificiosus totius orationis exitus. Perorationem oportet in duas divisam esse partes Enumerationem scilicet, et Affectum. Enumeratio dicitur græcè Anacephalæosis, latinè Recapitulatio, quæ est quædam recollectio, aut repetitio argumentorum, quæ summatim sub finem sub oculis proponuntur.

72. Advertendum tamen, quod in hoc orationis exodio minimè repetenda sunt minima, quæ in orationis decursu dicta sunt, sed majora tantum colligenda, et hoc quidem breviter, et acriter. Rarus est hujus Enumerationis usus in genere Deliberativo; rarior in Demonstrativo; frequentissimus, ac potissimus et in Judiciali: ac aliter et aliter ea recapitulatione accusatori, vel Reo utendum est.

73. Affectus, qui Amplificatio, et parrhesia dicitur, est Affectuum conciliatio. Summum enim artificij Rhetorici positum est in pectore permovendis affectibus. Qui, si lenes sint, illorum genus Ethicon appellatur, si vehementes sint, ac concitatiores, illorum genus appellatur Patheticon.

74. Duplex est Epilogi virtus: Brevitas, et acrimonia. Brevitas propter nimium apud Judicem, ne mora indignatio placetur, aut commiseratio imminuatur. Acrimonia inservit Epilogus, ut aculeata verba profundius in Auditorum animis infigantur. Finita oratione, solum quodam stylo signetur declamatio hoc verbo **Dixi**. Quod verbum non quicumque antiquorum proferebat Declamator, sed qui loco egit ultimus. At modo invaluit usus, ut in fine, vel etiam in orationibus panegyricis **Dixi** dicatur. Et quia jam satis est, ego quoque de Epilogo **Dixi**. Quare sit

DISCUSSIO 3.ª
de Elocutione.

ELOCUTIO, quam ipsius Rhetoricæ florem appellant, est peculiaris illa ratio, seu modus, quem in loquendo, aut scribendo Oratores habent, et alio nomine Stylus dicitur. Elocutio fit numerosa per periodos, ornata per figuras, et tropos, consentanea per argumenta. Periodus est oratio et sensu, et numerô

-tiò perfecta. Periodi partes tum majores sunt, et vocantur colla, seu membra, tùm minores, et vocantur commata, seu incisa. Colon, seu membrum est oratio imperfecta et sensu, et numero: Comma, seu incisum est oratio sensu perfecta, et omni numero destituta, nisi fortassis ex multiplici inciso conformetur periodus, ut illa Ciceronis in alterâ ex Catilinariis: Nihil agis, nihil moliris, quod ego non videam, planèque sentiam.

76. Periodus vel est unimembris, et dicitur Monocolos; vel bimembris, et dicitur Dicolos; vel trium membrorum, et dicitur Tricolos; aut quatuor, et dicitur Tetracolos. Periodus, quæ quatuor membris similibus constet, ejusdemque magnitudinis, dicitur quadrata: Si eadem valdè numerosa sit, rotunda dicitur. At verò si taliter fuerit disposita, ut non mutato sensu, et orationis ornatu, pars prior periodi, quæ dicitur protasis, locò posterioris, quæ apodosis appellatur, collocetur, et vice versâ posterior pars loco prioris, tunc decussata vocatur periodus, petito vocabulo à nomine decussis, vel à figurâ numeri Romani, significantis denarium, hoc est, à littera X, cujus si pars ultima locô prioris ponatur, et prima locô ultimæ, eadem omninò figura manebit, et nota.

77. Periodi venustas sita est in numerô, clausulis, et in verbis. Numerus est rhitmus quidam, seu quædam ligatio, non certa, qualis est Poetica, ideò quæ lateat, et nihilominus percipiatur, et aures quodam veluti sonore demulceat. Periodi finem, seu voces, queis clauditur, clausulas vocant; et, ut periodus aptè finiatur, curandum est, ut potius finiatur verbo, quàm nomine. Hac in re aurium judicium attendendum est maximè. Qua propter supersedeo illis præceptionibus, quas de periodis finiendis his, vel aliis poeticis pedibus Oratores tradunt. Unus Cicero, et suarum orationum usus sufficiat vobis in Magistrum, et in exemplum.

78. In verbis collocatur venustas periodi, si adsit in verbis majestas, splendor, vehementia, epitheta, conficta voces. Ad rem proprius indicandam majestate utetis verborum, si ad magnitudinem locorum ostendendam, potius quàm magnitudinem, dixeris immensitatem. Verba erunt splendida, si, ut explices aliquod satis declivium, ita pronuncies: immensæ locorum declivitates. Vehementia aderit in vocibus, si parricidam pro nefario homine, sacrilegum pro fure dixeris.

Epi-

79. Epitera, seu confiere voces sic [illegible] habent: v.g. si de [illegible] rarissimo aliquo ipse dices, quod sit verorum judices, fax famæ, [illegible] Reipublicæ. Tandem vitia, quæ vitanda sunt in verbis, seu potius quæ verba sunt vitanda, subsequens distichon proponet.

Sordida, prisca, nova, antiquata, poetica, dura,
Tu cave rara nimis, tu peregrina cave.

80. Sordidas voces appello, quæ vulgares, plebejæque sunt, ac proinde nullum habent nitorem, neque elegantioribus hominibus sunt in usu. Prisca sunt vetustissima illa verba, quæ in ferinijs, et veterum [illegible] versis Ennij, aut Lucilij passim offenduntur: v.g. nenum neno pro non, [illegible] hibitere pro perimere, sei pro eos. Hæc omnia, si aliquis antiquorum Romanorum non excitetur ab inferis, minimè capias.

81. Antiquata, seu obsoleta verba sunt revocata, [illegible] licet ea, quorum nullus apud doctos est usus, quamvis ante aetatem [illegible] in usu fuerint. Notandum tamen quædam missa esse obsoleta, quædam vitia existimari ab aliquibus doctis, qui transversi [illegible] calami pariorum indicatonis auctoritate invehuntur. At tu horum dicta contemne, et verba, quibus bonæ notæ scriptores utuntur, utare.

82. Nova aut novata verba in exædificatione operis [illegible] [illegible] cane pejus, et angue fugias: hoc est, aliquas voculas non singas, quibus mentem exprimas, licet sua in origine latinitatem sapiant, ut nonnulli ex antiquis fecerunt scriptores: v.g. Lucilius cocleam appellavit terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam. Julius [illegible] has voces effinxit [illegible] [illegible] [illegible], beatitatem, [illegible]. Franciscus [illegible] ut illud significaret, quod Hispanicè dicimus Estribos, nomen stapeda [illegible] confixit. [illegible] ipse nova voce, ut ipse ait, diphtongos biuocales appellavit

83. Poeticæ cùm voces, tùm phrases orationi [illegible] facilè sunt permiscendæ, nam orationem insulsam reddunt, [illegible] [illegible]: v.g. Certum facere pro certiorem facere, longa tueri pro aspicere, Ibericas oras pro Spaniæ, Cererem pro pane: quemadmodum [illegible] [illegible] Poeta heroicus non bene adhiberet panis, aut triticum; sed vicissim eorum has debet reponere Cererem, aut crustum, ut Virgilius facit.

Du-

84. Dura sunt verba, quorum asperior est sonus. Quapropter cuspidatam eorum collisionem in Rhetoricis ad Herennium vitandam. Turpia quoque prorsus ableganda sunt, quibus dicuntur illa: procul o procul este profana. Neque enim cor tantum, et labra coinquinant, sed virgineam, et candidam orationis faciem violant, ac deturpant.

85. Rara nimis verba illa sunt, quibus etsi Latinitatis auctores utuntur, parcissime tamen utuntur, similiter rarissime. Hoc ingenue caveas, ne frequenter usurpes verbum, quod nec ipse Cicero frequenter usurpavit. Novi enim aliquos, qui ineptiâ quadam, aut puerili affectatione inusitatarum vocum contexentes textum aliquoque verbo dicendi connexionem, seu potius commaculant.

86. Peregrina tandem caveas verba; hoc est, ab extranea lingua in oratione Latina vocabula ne mutueris: si tamen aliquando eo redierit illorum usus, quod Caesar Tiberius fecit in Senatu, idem tu facias; scilicet ille à Patribus Conscriptis veniam petiit, eo quod penuriâ Latini idiomatis compulsus hac voce graecâ Monopolion uteretur: similiter tu, cum voces in dictione peregrinas inducas, eis tanquam veniam, formulas adhibeas: ut aiunt, quod dicunt, ut appellant. Quamobrem memini doctissimum Brocensem in sua Minerva hoc loquendi modo minimè probare, sed aegrè ferre.

87. Praemoneo tamen eorum ne sis, qui vitiis, et aliquo, ut aiunt, afficiunt Ecclesiasticas voces, et linguae Hebraicae idiotismos: quare male audit Castalio, qui ubi vulgata nostra vertit Verbum caro factum est, ille vertit, Sermo est corporatus. Alii sunt, qui, ut Ciceroniani, seu potius Ciceronianistae videantur, parum Christiani esse videntur in utendis vocibus. Solent enim dicere (ut lepide notat Marcus Antonius Muretus) non Fidem, sed persuasionem; non Sacramentum Corporis Domini, sed Sanctificum crustulum, non Excommunicare, sed Diris devovere, non baptizare, sed abluere; qui, ut opinor, nisi sibi timerent, etiam pro Christo Jovem optimum maximum dicerent, est enim magis Ciceronianum.

88. Hoc etiam afferunt, ut servetur proprietas vocum, et, ut puritati Latinitatis studeatur. Perspicuitas quoque in compositio-

ne

ne servanda est, et obscuritas amandanda. Perspicuitas enim, et proprietas vocum se habent tamquam fundamentum, et materies Elocutionis Rhetoricæ. Dignitas, quæ posita est in tropis, et figuris, se habet in Elocutione tamquam structura, exædificatio, seu forma. Ambiguitas orationis ut plurimum oritur ex homonymia, hoc est, ex vocibus, quæ, cum unæ sint, diversas habent significationes.

89. Nihilominus eleganter utimur voce homonyma, seu ambigua, quando ita in una significatione vox accipitur, ut ad aliam alludat; quemadmodum facete dixit Cæsar Augustus de quodam filio campum, ubi suus pater sepultus erat, aratro proscindente. Scilicet illud est filium patrem coleae: ubi vox colere ambigua est ad campi culturam, et adversus patrem reverentiam.

90. Obscuram etiam orationem amphibolia, seu constructionis ambiguitas, ut vates in versiculo hoc Pyrrhum decepit: aio te Æacidas. Ibi ducum manes, quos quem [illegible]. Involutio fit, et oratio obscuratur, cum quibusdam velut tegumentis occultantur res, vel quia turpes, vel quia auditoribus molestas, vel quia tristes. Brachylogia est sermonis brevitas: huic opponitur Macrologia, cum oratio, plus quam par est, protrahitur, et obscura redditur. In confinio huius vitii est pleonasmus, nimirum cum supervacaneis periodus infercitur. Hæc sunt obscuritatis vitia: iamque ad dignitatem Elocutionis gradum faciamus.

91. Dignitas elocutionis, ut dixi, sita est in tropis, et figuris, seu schematibus. Tropus est deflexio, seu translatio verbi à propria significatione cum aliqua virtute in significationem alienam, quod vel ipsa nominis indicat etymologia: nomen enim tropus suam ducit originem à græco verbo τρέπω, quod idem est ac immuto, seu converto. Hinc etiam appellantur flores, modi, mutationes, verba modificata, mutata, inflexa, inversa, accersita. In tropis agmen ducunt, ut Principes, hi quatuor Metaphora, Metonymia, Synecdoche, Ironia.

Metaphora. 92. Metaphora est deflexio vocis, seu translatio à propria significatione in alienam propter aliquam similitudinem: v.g. Ridet ager, Gemmis floribus, Lux ingenii, florescunt gens, homo ira accensus. Cavendum est, ne simus frequentiores in metaphoris utendis, ne in-

inverecundiæ, ne audaciores in verbis procedendis. Poetæ vero hac in re majorem habent libertatem tropi, præsertim Græci, quàm oratores. Quæ si ad ingentia sit, dicitur græcè Catachresis, latinè autem abusio; quæ non est alius à Metaphora tropus, sed cum aliqua improprietatis admixtione v.g.

Instar montis equum divina Palladis arte Ædificant.

vel cum appellamus Parricidam hominem suæ Matris interfectorem.

93. Metaphora in eodem genere continuata dicitur Allegoria. Cujus in magnum est exemplum Horatiana ode XIV lib. I. Carm.

O navis: referent in mare te novi Fluctus.

ubi per totam sub metaphora jactatæ navis de civilibus Romanæ Reip. perturbationibus sermonem habet. Si Allegoria subobscura sit, atque perplexa Ænigma dicitur: quamvis non opus est, quod Ænigma semper a tropis fit. Allegoriam, si in re sacra versetur, Parabolam nominabis.

94. Metonymia, quæ et Hypallage, et transnominatio Metonymia
latinè dicitur, est deflexio significationis verborum in aliam significationem ob quamdam affinitatem, coniunctionemque: sive est mutatio significationis ex Causis ad Effecta, ex effectis ad causas, ex re contenta ad Continentem, ex inventa ad Inventorem, ad Possessorem ex re possessa, ex adjunctis ad res sibi subjectas, ex signis ad illa, quæ per ipsa significantur: et in his singulis vice versa.

95. Ex causis ad effecta fit tropus, quando dicimus Virgilium, aut Ovidium pro eorum poematibus, sive Livium pro illius Historia. illudque Juvenalis

Rara sine Mentore mensa.

id est, sine toreumatis, seu vasis, quorum erat Mentor egregius cælator, et artifex. Ex effectis ad causas fit Metonymia, quando dicitur mors pallida, eò quod pallidos efficiat: Ex re contenta ad rem continentem: ut Gallia pro Gallis, Iberia pro Iberis, vel quando dicimus: bibi calicem, seu, discum comedi. Ad Possessorem ex re possessa, ut cum ait Virgilius

Jam proximus ardet
Ucalegon.

id est, Ucalegontis domus, sive cum Jeremias ait, Eamus ad me, id est, ad domum meam.

Ex

96. Ex re inventa ad inventorem: v.g. Ceres pro pane: Bacchus pro vino, Mars pro bello, Minerva pro lanificio, Dea, dico, cuiuslibet artis. Ex adjunctis ad subjecta: ubi est ille scelus, qui me perdidit? pro ille scelestus.

Metalepsis. Metalepsis species Metonymiae ex antecedenti colligit consequens, et e contra: v.g. illud Virgilij

Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci.

pro Nox venit. Quod mirifice transtulit, qui et nostro idiomate exornavit D. Luisius de Gongora dicens

Los bueyes a su alvergue reducia,
Pisando la dudosa luz del dia.

97. Ex signis ad significata fit metonymia, quando taedae ponitur pro nuptiis, fasces pro Consule, secures pro Dictatore. Aliam alij excogitant Metonymiam, scilicet materiei pro materiato: v.g. ferrum pro gladio ex ferro, lignum pro Cruce ex ligno, semen Abrahae pro posteris Abrahe. Sed cum hic sumatur pars pro toto, potius quam Metonymia, erit Synecdoche.

Synecdoche. 98. Quae fit, cum totum pro parte accipimus, vel partem pro toto, speciem pro genere, genus pro specie. Pars pro toto accipitur, ut puppis pro navi, limen, tectum pro domo. Totum pro parte accipitur in Virgiliano illo

Fontemque, ignemque ferebant.

item in illo ejusdem

Pabula gustassent Trojae, Xanthumque bibissent.

aut in illo

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Genus sumitur pro specie per synecdochen: v.g. More Hispano, et Mexicano Creatura pro homine, mortales pro hominibus. Olus pro [illegible]. Synecdoche speciei pro genere fit, cum quaelibet amoena loca Tempe vocamus, cum Tempe tantum in Thessalia sit; aut quando dicimus gramen pro qualibet herba.

